

15
16
17

46.

2-3

La Filosofia liberata
Poema eroico in treto
del Dr. D'Urso nostro Dileg.
Ottavo Giornale
Parma 1753

nuovissima. 1753
nella stampa di Paolo Serrani.

B
17
3
23

D. ANTONII
M A Z Z A
HISTORIARVM
EPITOME.

S Alernum Vrbs Vetustissima
A Sale Noe Pronepote extructa,

Olim

In libertate, & Ducum Imperio.

Nonnunquam

Sub Regum, & Principum Dominio.

Vario agitata euentu.

Nunc

Sub Diui Matthæi Apost.& Euang. Patrocinio,

Ac

Sub Inuictissimo Monarcha CAROLO II.

Fauſtè florescit.

Patriæ ſuæ Ciuis optimè meritus

A. M. P.





François Solimanus invenit

Iac. Bolomeus sculpsit


Ex libris Horatii Cavajelice
anno 1615. Invenit ex dono
P. Bonaventura de Altavilla M. L. S. J.



HISTORIARVM
EPITOME
DE
REBVS SALERNITANIS,
IN QVIBVS

Origo, Situs, Vbertas, Respublica,
Primatus, Nobilitas, Principes,
Ecclesiæ, Episcopi, Archiepisco-
pi, Illustres Ciues, Studium,
Hippocraticum Collegium, ac
Aliæ res ad Salernitanam Vrbem
spectantes dilucidantur

A DOCTORE D.
ANTONIO MAZZA.



NEAPOLI, Ex Typographia Io: Francisci Paci 1681.

Superiorum permisso.

ILLVSTRISSIMÆ PATRIÆ SALERNITANÆ VRBI

ANTONIVS MAZZA D.



*ISTORIARVM Epitome (Il-
lustrissima Ciuitas) tuo Patroci-
nio munitam in lucem edere, ut
eius veritatis lumen tenebris pe-
nè obductum, Orbi effulgeat, il-
lamque tibi offerre decerno; nam si unicuique
quod suum est, reddi debet, quod tuum igitur
erat, tribuere ipse debebam. Non ad tuas Il-
lustrissima Ciuitatis explicandas laudes con-
scripsi; hoc namque magna opus esset Eloquen-
tia; sed, ut dumtaxat aliquid tibi persoluerem,
Et tam inclita Vrbis memorias, quamquam
ab aetate, longeque à temporum serie remotas,
sub tuis auspicijs recensere ausus sum. Cum
enim Illustrissimorū Decurionum tui celeber-
rimi Studij benignitate inter publicos Philoso-
phicos Interpretes, licet Iuuenis adscriptus
fuerim, in mei gratissimi animi argumentum,
ac in peculiarem Patriæ amorem, exiguos hos
meos labores, tibi donare, dicare, ac sacrare,
ut pareat, non recuso.*


a 3 Lecto-

Lectori Candido.



V M ex Eloquentiæ Romanæ Patris definitione Historia sit Testis temporum , lux veritatis , vita memoriarum , magistra vitæ , ac vetustatis nuncia ; Iure meritò ad Patriæ laudem , decus , & splendorem , huius Salernitanæ Historiæ Epitomen temporis antiquitate penè obscuram , & à veritate amotam , indagine qua po-

tui diligentiori veritatis luci exponere curaui . Porro si in dilucidanda eiusdem breuioris Historiæ serie aliqua in parte aberraui , non mirum videtur , dum huius oneris labori non laudis historicæ acquirendæ , sed erga Patriam amoris ostendendi desiderio me subieci . Interea , donec aliquid de Salernitana Historia ab eminentiori Ingenio perfectius elaboratum in lucem , prodeat , nostris hisce laboribus fruere . Vnde quidquid Historiographo minus consentaneum in hac Epitome proposui , in me ut excusationi dignum pro tua Prudentia existimare ne dedigneris . Vale .



ELO-

ELOGIVM

In huius operis laudem Authoris.

P Atauium

Simulacrum deinceps non erigat Liuio
digito ori in apposito,
quasi loquendo

Cæteris facundiæ Heroibus silentium posituro .
Quoniam

Nouus, imo, & melior
Historicus renatus est Liuius
Factis, licet non nomine, equalis, vel illustrior
Suæ Patriæ illustrator
Studio, doctrina, & labore .

Heros hic
Si nescis mortalis
ANTONIVS extat MAZZA
Virtutis , morumq; baculus
Sapientiæ si experitur Alcides ,
Salernitaniq; Atlas Decoris.
Gratissimum re vera extimabis

Ciuem
Sue quia inclytæ Patriæ
Olim sibi lac exhib:nti
suos modo dat sudores ,
Salerno scilicet
Huic elargienti ortum
Novum præbet splendorem :
Gloriosiorem quippe Phœnices
Dixeris.

Ab obliuionis si cineribus
Nouis glorijs onustum
renasci facit
Veluti ciuitat um Regina
Salernum
Salernitanumq; Pecus

Pugna-

Pugnauit iste certè pro Patria,
Quia
Patriam exaltauit calamo
Obliuione destruta
Tempus licet in alia,
In hoc autem aureum non poterit opus,
Immortale quippe est,
Quotq;
In eo leges carmina,
Tot
Tibi prodigia occurrent,
Huic
Debetur Schola Salerni
Enim
Huius renouat Doctor iste elogia,
Magis
Nobilium decoratur honos
Suorum si procerum
Illustriora enarrat encomia :
O' Virum vnde aquaq; laudabilem :
Ante omnes ne dum
Nomine
Verum perspicacia, inuentione gestis
Maiorem omnibus vocandum ?
Adhuc dubitas lector ?
Veni, lege, & vide,
Ab hoc tantum opere
Velut ab vnque
disces leonem.
Ideò
Tanto dignissimo Heroi
Virtuti præstanti vitam ,
Vitalisque censendus in æuum,
Vitalis alias Cognomine
Nomine , ac Ioannes Antonius
Vt
Conciuis Amicus, & Seruus
In gratitudinis suæ signum
Suo pro Salerno sic illustrato ,
Dedicat, Sacrat, Donat, Offert
Parum hoc licet encomium.

XLI.

HISTORIARVM EPITOME

De Rebus Salernitanis.

De Salernitanæ Vrbis Origine.

C A P. I.



N amplissimarum Vrbium Historia ad pleniores antiquitatis notitiam perquirendum arbitror. Quis nām Vrbis, de qua agitur fundamenta iecerit? nomenque illi dederit? Qua propter ab eius nomine sumentes exordium, dicimus, quod Salernitana Vrbs propter mare contiguū Salum dīcū, & ob riuum, quod Litrus appellatur, ex duobus corruptis vocabulis, Salernum, ex Erchempertii historijs nuncupata fuit. Vel dicimus Salernum appellari à Silare Amne Lucanice Salerni Ciuitati proximo, quæ & ab eo creditur denominata, ut Ioannes Boccatius, (a) Blondus Flavius Forliuiēsis, (b) Ioannes Nicolaus Doglioni (c) scripsere. Aut è Sale, & Erno luminibus propè Ciuitatem sistentibus, deno-

A mi-

(a) In tract. de flumin
(b) In Ital. illus.
frat.
(c) In Amphi-
teatr. Europe

2 Histor. Epitome

minationem trahens. Vel à Regina Elerna, filia Noe, Crana, & Carna secundum Ouid. (a) dicta:

Est lucis Elerna.

Et apud Berolus Caldeum vxor Crani, nām Salernitana Ciuitas, Flumen, ac Mons ab ipsa nomen accepere, Patriarchæ Noe decreto, ut sua, filiorum, nepotum, & consanguineorum perennaret memoria. In Galitia namque Ciuitatem Noelæ fundavit, à Noela sua vxore dicta. Satubal Ciuitas in Iberia à Tubal eius nepote ædificata. Ita etiam Iobel condidit Iobelos, qui Iberes nūnc, & Hispani appellantur, à quibus Celtiberi nuncupati sunt. Iaphet adhuc filius Noe, habuit filios septem, & incoluerunt Europam. Noc bis in Italiam profectus est, in

qua triginta tres annos permanxit, usque ad Gomeris Galli primogeniti Iaphet aduentum cum suis Colonij, ut varij Authores ex Berozo (b) desumpserent.

Gomer autē instituit Gomeritas, vt Flauius Ioseph (c) exarauit. Henoc enim filius Cain ædificauit ciuitatē, eamque vocauit ex nomine filij sui, vt libro Genesis (d) legitur. Sem verò filius Noc genuit Arphaxad, natum post annos diluuij, qui genuit Sale. (e)

Probabilitè igitur opinor Salernum à Sale Noc pronepote extrectum, ac amplificatum fuisse, cum quo maximam nominis congruitatem habet. Noc autem in Italiam proficiscens anno M. DCC. LXV. post diluuium CIX. in Latio versatus est, vt Marcus de Frata, (f) ac Bernius (g) asserunt, nam Noc ante cētum diluuij annos genuit Sem, Cam, & Iaphet, (h) ex Flauio Ioleph. Ratione igitur ex eius ethymologia affirmari potest, Sale Salernum condidisse, & ab eo acceptum nomen adhuc retinere. Hinc peri-

Sæc.

(b)
*De antiquit.
Ian.*

(c)
*Antiquit. iudaic. lib. 1.
cap. 6.*

(d)
Cap. 4.

(e)
*Lib. cit. antiquit. iudaic.
car. cap. 14.*

(f)
*Dialog. de
Nobilit.*

(g)
*Lib. 3. anti-
quit.*

(h)
*Lib. 3. anti-
quit. iudaic.*

(i)
In declinat.

De Rebus Salernit. 3

Salernum post diluvium à Sale Noe pronepore conditum

*Exulta, cuius studio
Arphaxad, Sale primogenitum tuo nomine
nuncupauit.*

Et Michael Zappullo, ait. (a) Fu Salerno edificato da Sem, come si legge nell'officio particolare di quella Chiesa, approbato da Sommi Pontefici, e nelle Croniche di quella Città.

Vlterius in festo Sanctorum Martyrum Fortunati, Cai, & Anthes in Salernitana Ecclesia apud Missæ sequentiam decantatur.

O Salernum Ciuitas nobilis, quam fundauit Sem.

Eòque magis, quod Erchempertus Longobardus Historicus, nunquam potuit Salerni originem adiungere, quamquam multos latinos, caldeos, & grecos codices perlegisset: concludit tandem antiquissimam esse Ciuitatem: ideò à Gulielmo Tyrij Archiepiscopo in Historia belli sacri (b) antè annos quadringtonos conscripta confirmatur, Salernum antiquissimam Vibem appellari. Et adhuc à P. Merula scribitur. (c) Antiqua Ciuitas Salernum à veteribus celebratum Scriptoribus. Hinc est, quod Poeta inquit.

Vrbs antiqua Salernum celebrata per Orbem.

Et alibi.

Gemmea nunc iterum exulta Vrbs cantibus.

Postremò omittendum non est, quod in Chronica Salernitani Lycei composta per Rabinum Helium, qui omnium primus hebraico idiomate Salerni Medicinam legit, hæc leguntur verba.

*Hic significatur, qualiter quidam Sapiens inuenit His-
toriam, quando Ciuitas Salerni constructa fuit per Sece-*

(a)
Nel Compendio dell' Historia di Napol. fol. 267.

(b)
I.lib. 18. cap. 4.

(c)
Cosmograph. part. 2. lib. 6.

filium Noe , quandò idem Sem venit ad partes huius Regni , & ipse vocauit Apuliam , quasi V apuliam à vaporibus terre , ideoquè fuit vocata Apulia . Et ipse Sem fecit quinque Ciuitates nomine suo incipientes per literam . S. Prima fuit Sipontum , secunda Samnia , qua runcupatur Beneuenium , tertia Ciuitas Salernum fuit , quarta Surrentum , quinta fuit Sena Vetus , quæ in partibus Tuscia est . Sic rescriptum legitur in M. S. manu quondam Notarij Simeonis Maresciallo authenticato , qui erat apud V. I. D. Ferdinandum à Iudice Ciuitatis Salerni , omnium actorum dicti Notarij conservatorem .

Attamen probabilius ex prenarratis dicimus : Sale filium Arphaxad Noe pronepotem Salernum condidisse , illique nomen dedisse . Nec contradictionem implicat in festo dictorum Martyrum decantare : Ciuitatem esse fundatā à Sem , cùm multæ Ciuitates principia habuerint à Maioribus , incrementa à nepotibus . Exordium fundationis deberi Auo Sem ; complementū , ac nominis originem pronepoti Sale .

Salernitanæ Vrbis Situs , ac Vbertas .

C A P. II.

(1) Lib. de vit. ej
ges. B. Mat.
thei cap. 3.
(2) Tom. 7. Ital.
Sacr. de Epi.
sc. & Archie.
Bisc. Salern.



VÆ de Poli longitudine , latitudine quæ dici possent , omittimus , sicuti alia , quæ abunde , ac elegatè scripsere Marsilius Colonna Archiepiscopus Salernitanus , (a) necnon Abbas Vghellus , (b) & dēmū graphicè , omniq[ue]

De Rebus Salernit.

5

literarū gloria, ac doctrina clarus Fabritius Pinto. (a)
Situs namque Vrbis, acrisque amoenitas magnopere
illam illustrat, atque nobilitat, sicuti salubrium aqua-
rum copia. Propiciendum enim commercijs, ac
aeri salubritati in condendis Vrbibus, vt Strabo (b)
ac Vitruvius (c) monuere. Per commercia namque
ditescunt incolæ, per aeris clementiam saluberrima,
ac longæua ducitur vita. Iure Aerem Diuinitatis par-
ticipem credidit Antiquitas, vndè Hippocrates Cœ-
lum illum appellauit; & Diogenes Apolloniates
Deum vocari consueuit.

(a) *Nel libro Sa-
lerno affi-
diato da
Frances.*
(b) *Geogr.lib. 17*
(c) *Proem.lib. 25*

Peruetusta igitur Salerni Ciuitas à Sale denomi-
nata in Italæ parte sita, vbi Picentini dicuntur; non
solum ob commercium, & ob situm optimè consti-
tuta videtur, sed adhuc iuxta Hippocratis regulas,
qui eas Ciuitates situ morbosissimo esse colligit, quæ
ad Occidentem vergunt: Non sic Vrbs nostra, cuius
maior pars est ad Orientē, ad Solem, & ad ventos ex-
posita, vt laudatur à Philosopho, (d) & ab Hippo-
crate. (e) Merito optimum esse Salernitanum ac-
rem autumo, cùm sit purus, nec stagnis, nec paludis
halitu perturbatus, vt Galenus (f) statuit.

(d) *Lib. 7. polit.
tic. cap. 2.*
(e) *De aer.
aquis, & loc.
tex. 3.*
(f) *Lib. 12. meto.
cap. 5. lib.
1 de sanita-
tuend. cap.
11.*

Vterius aeris salubritatem declarant loca ab in-
fimis vallibus libera, nebularum noctibus absoluta,
& habitatorum considerata corpuscula, si eis color
sanus, capitis firma sinceritas, inoffensum lumen
oculorum, purus auditus, & similia, sic per Palladi-
um (g) aeris benignitas approbatur.

(g) *Lib. 1 de re
rustic. tit. 3.*
(h) *Lib. 7. polit.
cap. 5.*

Statuimus propterea Salernitanam Ciuitatem
saluberrimi esse aeris adhuc cum Aristotle (h) di-
cente: Vrbis autem situs si formanda nobis illa est secun-
dum votum opportune, & ad terram, & ad mare debet
ia-

6 Histor. Epitome

• (a)
Loc. cit. cap.

ii. (b)
Lib. i. p̄c.
cept. cap. vlt.

(c)
Lib. 2. me.
teur. cap. 2.

(d)
Nel Copend.
dell' Histor.
di Nap.

(e)
Selt. i. hy-
drag. log.

(f)
Nell' Am-
pliteatr. d'
Europa.

(g)
Lib. 5. fin.

(h)
In Hal. an-
tiqu. lib. 4. ca.
6.

iacere. Et addit: (a) Vrbs terre, marisq; particeps esse debet. Ad Orientem solem conuersa, & ad eos ventos, qui inde perflant. Maritimus, namque locus est ad sanitatem conimodus, ex Hippocratis doctrina. (b) Saluberrimam etiam maritimam habitationem Auerroes (c) agnouit. Quæ singula cum in nostra Vrbe conspiciantur: igitur prorsus de sui aeris salubritate, ac bonitate minime verendum, vt ignarus Vulgus opinatur.

Michael Zappullo (d) de Salerno loquens, dixit: V'è salubrità d'aere, fertilità de' campi, & abondanza d'aque vine. Marcus Antonius Columna (e) salubritatem aeris Salernitani magnoperè commendat, vt etiam Leander Albertus (f) non solū aeris amoenitatem, sed aquæ copiam, & tructuum abundantiam laudauit: imò subdit, nil mirum si præstantissimi ingenij suos Ciues producit..

Hæc Salernitana Ciuitas, quam ab Ortu Lucani, à Septentrione Samnites, ab Occasu Campani, à Meridie Tyrrhenum pelagus complectuntur; in montis virentis radicibus collocata conspicitur, qui bona die i mons nuncupatur, in quo Salernitani latrophysici Salernitanam Scholam egregiè scripsere, vsq; ad præsens, locus ille dicitur. Schoia Salerni. à Neapoli triginta millia passuum abest, à mari olim quatuor stadijs distans, in vertice Montis erecta, depresso verò loco, in montis medio à Romanis pro eorum Colonia, è loci amoenitate ductis reedificata, vt Strabo (g) inquit. Et presidij aduersus eos loco muninerunt non procul à mari Salernum Romani. Philippus Cluverius (h) ait. In ipso littore posita, cum olim remota esset à mari in montibus, quæ hodiernæ Vrbis imri-

De Rebus Salernit.

7

euent. Sic etiam Liuius, (a) Lucanus, (b) Alexander, (c) ac varijs scriptum reliquerunt.

Vrbis ambitus vnā cum Castro in vertice montis existente, est bis mille passuum, vndique circumscriptus muris, meridiem reflectens. In hoc conspicuo Castro sublimi loco posito, Iunonis Argiuae templum olim fuisse à Iasone constructum, testatur Plinius (d) dicens. A Surrento ad Silarum amnem xxx.m.pass. Ager Picentinus fuit Tascorum templo Iunonis Argiuae sub Iasone condito insignis. Intus Oppidum Salerni Picentia. In alio colle dicti Castri paulò eminentiori, stadio procul exigua (sed muris præmunita) Turris conspicitur, Castrum contra insultantes expellens, & dicitur la Bastea: turribusque quam plurimis Civitas est circumdata.

Quæ assiduè Populo Romano fuit fide constans, continuas subiiciendo molestias, propè namq; maris littus Vrbs, ut diximus, collocata conspicitur. Hostium inuasionses nunquam timuit: nullus Barbaræ gentis furor sœ uitiam in eam adhibere potuit, nec metum ei inferre valuit: imò semper sui Cives strenui, intrepidi, ac pugnaces fuere, ut Silius Italicus (e) narrat Scipionem Africanum commendasse non solum Salernitanorum Militum agmen, sed magnopere eorum iacula, his versibus.

Ille, & pugnacis laudauit tela Salerni
Falcatos enses, & quæ Bisantia pubes
Aptabat dextris irrasæ robore clavæ.

Nec demùm formidauit cum Gallorum Classis ad maris littus appulit anno M. DC. XLVIII. die V. Augusti; Regni tumultis vix sedatis; Duce Thoma ex Allobrogum Principibus, ac Cardinale Grimaldo

(a) Lib. 4 de 3.
bello Ma-
ced. & Asiat.
(b) Lib. 2.
(c) Lib. 1.

(d) Lib. 3. cap. 5.

(e) Lib. 8. de 1.
secund. bell.
punic.

8 Histor. Epitome

do Collega, quo proscriptorum auxilio, Salernum oppugnaret, at frustrà, nec absq[ue] iactura, & iudicio die XV. eiusdem mensis discedere cogitur; ut abundè Pintus (a) scripsit.

(a)
Nel lib. Sa-
lern. affed.
da Frances.

Vndiq[ue] pulcherrimis, ac eximijs domibus, Basiliis, ædibusque Religiosorum Ciuitas exornata videtur. Mediterraneique æquoris vastum habet ambitum, cum portu à Manfredo Rege incepto, quamquam minimè completo, cùm vitam, ac Regnum amisisset, ut ex marmorea tabula, quæ in Metropolitana Ecclesia Salerni, propè Diui Gregorij VII. aram, ad præsens conspicitur, & legitur.

A. D. M. CC. LX. Dominus Manfredus Magnificus Rex Sicilie Domini Imper. Friderici filius cum interuentu Domini Ioannis de Procida magni Ciuis Salernitani Domini Insule Procida, Tramontis, Caiani, & Barenia Piscilionis, ac ipsius Domini Regis Soty, & familiaris, hunc portum fieri fecit. Constus, Ioannes Antonius Summonte, (b) ac alij meminerunt.

(b)
Part. 2. del.
lib. . dell.
Hist. di Nap.

Montes, collesque amoenissimos non paucos opulentissimos, frugiferos, spatiolosque agros Orientem versus, ad flumen Silarim usq[ue] possidet spatio vingtiquatuor milliarium, ut Lucanus (c) dixit.

(c)
Lib. 2.

Vestinis impulsis aquis, radensque Salerni.
Culta Siler.

(d)
Loc. cit
(e)
Lib. 2. cap.
103.

De Silari namq[ue] aquis hoc peculiare traditur: planta si quæ in aquam eius coniiciatur, eam in saccum mutari, manente colore, formaque eiusdem, ut Strabo, (d) & Plinius (e) referunt, nec non Silius Italicus dixit.

Nunc Silarus, quos nutrit aquis, quo gurgite trahunt,

Dux

De Rebus Salernit. 9

Durissiem lapidum mersis, inolescere ramis.

Ac Poeta cecinit.

*La vè come si narra, e rami, e fronde
Silaro impetra con mirabili onde.*

Vlterius tanta est florium, rosarum, fructuum, pomorum ubertas, varietas, suauitas, ut non modò Bacchus, & Ceres, sed Flora, ac Pomona sedem, & domicilium in hac Urbe habere existimatur. De Rosis notum est, quām sint in Medicina efficaces, in odore suaves, cūm Rhodon à Græcis dicatur Rosa, ob odoris suavitatem. Hinc Propertius.

*Odorati virtus Rosaria Pestii
Et Tibullus scripsit (a) de his Rosis.*

Lib. I.

Flores odoratis terra benigna Rosis.

In colore purpurea, ac rubēs, ex Baptista Pio dicente

Talia odorati rubicunda rosaria Pestii.

Et Manialis (b) inquit

Lib. I.

Pestanis rubeant emula labra rosis.

Bis adhuc in anno propè Pestanas cum sint progignuntur, ut Mantuanus, ait,

Biferique rosaria Pestii.

Et alibi.

Quales ferre solent Pestana Rosaria.

Et adhuc Vidi testatur. Pestano gaudere rosaria cultu.

Nulli iure nostra Ciuitas Orbi fertilitati, ac amoenitati cedit, apricas namque habet valles, vineta, oliueta multa, ac cuiuscumque generis arbores copiosis, optimisq; fructibus abundantes. Undiq; viridariā florent, locus delitijs, ac voluptatibus referitus. Mitissimam namq; habet hyemem, ut Iulius Cæsar Scaliger cecinit.

B

Qui

10 Histor. Epitome

Qui Boreæ gelidas furias contemnit ouantes,
 Torna procellosi despicit arma noti.
 Medorum, & Sylvi facundas prouocat auras,
 Fundit, & à biferis Indica dona iugis:
 Protinus Autumnus Veris cum tempore certat
 Et Ver cum Autumni tempore certat item:
 Huc accessit Hyems vernantibus vda capillis:
 Et peperit mirans, & sibi poma legit.
 Tuta mari fruitur: terra dominatur amata:
 Et cœli mutat iura: quid ergo? Dea.

(a)
Nella Descri-
sitione d'Ita-
lia.

(b)
Orat. 6.

(c)
Lib. 1. epist.
15. ad Var-
lam.

(d)
Lib. 2. de
Longobard-
iis. & ge-
ni cap. II.

Situs totus vitalis, petennie salubritatis, cœliq;
 temperie fruens, ita ut Leander Albertus (a) dixit.
 Sono certamente questi luoghi tanto nella Città, quanto
 fuori, così delitosi, & ameni, che sono d'annoverare frà
 i più vaghi, e deleterioli d'Italia. Et Marcus Antonius
 Sabellicus. (b) Salernum Vrbs in amanissima Italie
 parte sita, ait. Gaudet namq; saluberrimo aere, cœ-
 liq; serenitate; nil mirum si incolarum vita longæva,
 ac salubriter conseruatur. Hinc Horatius (c) cecinìt.
 Quæ sit hyems Velia, quod cælum Vala Salerni.

Coeterū egregij scaturiunt fontes non solū in
 vijs omnibus, sed etiam in sacrīs, primatisq; ædibus,
 in quibus Eliconæ riuuli perlucidi fluunt multi mur-
 mure perennis aquæ: meritò hic, vt diximus Saler-
 nitani Iatrophysici, De Conseruanda Valetudine
 Opus Anglicano Regi metrico carmine scripsere, à
 loci amoenitate studiosorum animi ducti: Illustrē-
 ergo delectabilem, situq; iucundo, atq; hilari Salerni-
 tanam Ciuitatem cernes; quæ omnium denique
 rerum ad vitæ usum vberate, & copia abundat. Mer-
 itò à Paulo Diacono (d) inter opulentissimas Vr-
 bes reponitur. Eiusq; effigiem in Vaticanis ædibus
 Sam-

De Rebus Salernit. 11

Summus Pontifex Gregorius XIII. his celebrari verbis mandauit.

Salernum hic vides à Silare amne dictum, in Picenino agro positum: Urbem tūm vetustate insignem, tūm Romanorum Colonia nobilem: hodiernis temporibus ro- eius caput Principatus, & sedem appellatam.

De Antiqua Republica, ac Primatu Ciuitatis Salerni.

C A P. III.

 VM de Situ, ac Agro Salernitano satis su-
perq; actum sit, consentaneum censetur ali-
qua de Antiqua eius Republica, quamquam
difficile ob temporum diuturnitatem referre: nec
non de eius Primatu agere.

Romanorum Coloniam anno Romæ fuisse Saler-
nitana Ciuitatem, planèq; cum Panuinio (a) affir-
mandum, qui Salernum posuit in Colonia 56. Ci-
vium Romanorum, vt etiam Livius, (b) Patercu-
lus, (c) Strabo, (d) & Appiaus (e) scripsere P.
Cornelio Scipione Africano 2. Ti. Sempron. Longo
Col. Anno 560. Philippus Cluuerius (f) ait. Colo-
niam Romanorum huc deductam fuisse. Authores sunt
Liuius (g) Velleius (h) afferentes quod Cn. Man-
cio Volpone, & M. Fulvio nobiliore Consulibus, Bononia
interiectoq; triennio Aquileia, & Graufca, & post qua-
driennium Lucca eodem tempore tractu, quamquam

- (a) In Imper.
Roman.
(b)
Lib. 34.
(c)
Lib. 1.
(d)
Lib. 5.
(e)
Lib. 1 bell.
ciuit.
(f)
In Ital. an-
tiq. lib. 4.
cap. 6.
(g)
Lib. 4. de
bello Ma-
ced. & Afri-
(h)
Lib. 1.

apud quosdam ambigitur Puteolos, Salernum, & Buxentum missi Coloni.

Longè aliter Liuius, qui ante omnes istas Colonias Salernum, Buxentum, deductas Colonias tradidit anno septimo post bellum Annibalicum. Intus vero Salernum, quod Romani munierunt in Picentes, & Lucanos ob initam cum Annibale societatem, ut Volateranus notauit. In consulatu P. Cornelij Scipionis Africani, altero, & Ti. Sempronij Longi, verba eius loco citato in rebus dicti Consulatus haec sunt. *Coloniae Romanorum Ciuium deductarum eo anno sunt Puteolos, Vulturnum, Linternum tricensi homines in singulas, item Salernum, Buxentumque Coloniae Romanae deductarum sunt.*

(a)
Lib. cit.

(b)
In Histor.
Puteolan.

Extitisse similiter hanc Coloniam temporibus bellorum ciuilium, refert Appianus (a) dicens: *Papius Stabias cepit, & Linternum, & Salernum, qua Romanorum erat Colonia: nec non Capaciuss (b) confirmauit: nam C. Acilius Tribunus Plebis legemculit, ut quinq; Coloniae in oram maritimam deducerentur, duæ ad ostium Fluminis Vulturni, una Puteolos, una ad Castrum Salerni: his Buxentum quoq; adiectum: tricenæ familie in singulas Colonias iubebantur mitti; quæ Coloniae priuata aliqua Ciuitatis iura, ut coeteræ Coloniae habebant non publica, & ostenditur, nam Coloni, qui Puteolos Salernum, & Buxentum adscripti erant, ob id Ciues habebantur, atcamen non esse Ciues Romanos, licet nomine, vera Colonos Salernitanos Senatus adjudicauit.*

Nec Colonia Reipublice libertati contradicit, nam Colonia patria Agrippinæ Neronis Matri, erat Respublica, & ob illius augmentum, & de-

cus

De Rebus Salernit.

13

tus (a) ait Tacitus. *Agrippina, ut gloriam suam ostendaret in Vbiorum Metropolim, ubi genita erat, Coloniam deduci iussit: & ex inde fuit dicta Colonia Agrippina: Paulus Manutius (b) dixit. Coloniae Romanis legibus vivunt, minimè tamen à Romanis Magistratibus, sed à suis reguntur. Et sic Colonia Reipublicæ foederata, ac Imperij socia dici potest.*

Lib. 11.

Antiquitùs Salernum diu Rempublicam fuisse, Longobardorum sedem, Nortmandorum, ac Apuliæ Ducum, omniumq; ordinum Ciues suo ordine Magistratus gerebant, Lucaniæ caput, ac Picentia Emperiorum, Volateranus scripsit (c). Ex nobilibus namq; & populo Dux eliebat, qui tanquam Monarcha legem imponebat, nummos quoq; aureos, argenteos, ac æneos cuðedo in quibus Duces exculti in maiestate sedentes aspiciebantur, ex altera verò parte Ciuitas exculta cum hoc versu videbatur.

Lib. Histor. 22.

Opulenta Salernum.

Pri scis olim temporibus Salernitana Respublica fuit nuncupata, suoque semper habuit Dux, illam moderantes, vt ex varijs priuilegijs clarè appareat: nec non Municipiorum Magistratus obtinebat, Municipes enim, vt ait Gellius (d) suis moribus, legibusq; viuebant, nulla Populi Romani lege adscripti; Municipes cuiuscunque Ciuitatis Ciues appellantur, vt (e) constat.

Lib. 15. cap. 13.

Primus autem Dux ponitur Otho, quamquam nulla ob temporis vetustatem continuata series inueciatur. At quia non solum obseruatio nummorum, sed lapidum, aliorumq; veterum monumentorum, ad clariorem antiquitatis notitiam magnopere valet: ideo omittendum non videtur, quod mar-

L. 1. ff. ad municipi.

mo-

(b)
Nell' anti-
cità di Ro-
ma fol. 32.

(c)
Lib. Histor.
22.

(d)
Lib. 15. cap.
13.

(e)
L. 1. ff. ad
municipi.

I 4 Histor. Epitome

moreus olim, ac vetustissimus in dicta Urbe reperiebatur Arcus, ubi ad præsens Portærotensis Sedile conspicitur, cum nonnullis marmoreis Statuis super suas bases fundatis: in una quarum in subterranea ferè parte hæc legebantur verba.

Anno Vittorino V. C. Corr. Lucania,
Et Brutiorum ob insigne benevolentiam eius
Ordo, Populusque Salernitanus.

Nec non aliud Epitaphium Ædilitium in Pomona olim dictæ Ciuitatis templo, nunc in Archiepiscopali Palatio, sic inscriptum cernitur.

I. Tet Tenuis felix Augustus
Scriba librari. Ædil. currulis
Viator. Ædil. Plebis Accensus.
Consuli H. S. T. M. N. legavit
Ad exornandam Ædem Pomonis
Ex qua summa factum est fastigium
Inauratum Podium Paviment. manufactorū.

Tempore Imperatoris Valentiniani, non ne constitutio data fuit ad Artemium tunc Correctorem Lucaniae, & Brutiorum acceptata Salerni anno 364-15. Kal. Nouembris. Diuo Iouiano, & Varroniano Conss. vt refert (a) Iacobus Gotofredus.

Tandem C. Julius Solinus (b) scripsit, Quod Senatui adeo placuit odorum delicia, ut ea etiam in penetralibus tenebris viceretur, sicut L. Plotium fratrem L. Plotij bis Consulem proscriptum à Trium viris in Salernitana latebra unguenti odor prodidit: sicut Plinius (c) cum Valerio Maximo confirmauit.

At quia nil semper suo statu manet Cicero (d) inquit. Abeunt namq; omnia Cato Maior dixit. Perpetuumq; nihil, omnemq; Rempublicam mutari, co-

In C. Iustiniān. l. 1. cō
de priuile-
gīs appari-
torum magi-
stria pot-
estat. sub lib.
8. tit. 3.

(b)
Polybistor.
cap 43.

(c)
Lib. 13. cap.
3.

(d)
1. de Natū
Deor.

gnō-

De Rebus Salernit.

15

gnouit Plato. (a) Nil mirū si à Ducib[us] ad Principes
fuit commutatio: prius namq[ue] vt diximus, Duces Sa-
lerniti nuncupabantur, totam Lucaniæ Regionem,
& Campaniæ partem possidentes, Salerni sedem lo-
cantes, vt in Marino Freccia (b) legitur, ac in Cassi-
nensi Chronica. Cuncta verò ob antiquitatem de-
scribi minime possunt, dum *Omnia ista longa va-
rietas, & sursum deorsum fortuna versauit, vt Sene-
ca* (c) scriptit.

(a)
Lib. 8. de
Republ.

Inter primas Regni Ciuitates ab omnibus nostra
Ciuitas connumeratur, ac existimatur: præcedit nāq[ue];
Capuæ Ciuitati in publicis parlamentis, vt per doctri-
nam Afficti (d) probatum est, & Tasslonus, (e) ac
Freccia (f) illis verbis statuere. Hodie vertitur con-
trouersia inter Ciuitatem Capuanam, & Salernitanam,
quia Ciuitas Salernitana prætendit in parlamentis Ca-
puam præcedere, licet inter isto termino fuerit sub Baro-
nis dominio, ac hodie demanialis est. Capua autem multa
deduciit de eius origine, & dignitate, de quibus Veteres
latè scripsérunt, licet Sedes antiqua Vrbis sèpè mutata.
Salernitana etiam magnam antiquitatem habet secun-
dum graues Authores, & inter Romanorum Colonias,
qua posse suffragium promeruit. Agri Picentini inter
Oppidos nobilissima Ciuitas legum, philosophia, & ar-
tium Mater, & Alumna, Regia Vrbs, & Sedes excelsa,
tunc monetam cudebat argenteam, leges Regni ex ordine
litera primæ eam nominant. Quod similitè à Specta-
bili Regente Tappia (g) confirmatur.

(b)
In lib. de
subfeud. nu-
73. p. 71.
ed in oneinde v

Primus priuilegio etiam Archiepiscopus po-
titur, & constat tūm ex Bulla Urbani II. de primatu
Ecclesiæ Salernitanæ adducta ab Abb. Vghello (h)
sed etiam patet per attestationem Freccia dicen-
tis.

(c)
Epist. 44.
(d)
Super con-
stit. in loc.
deman. n. 3.
(e)
De antefar-
vers. 14. ob-
ser. 1. n. 72.

(f)
De subfeud.
lib. 3. in ul-
tima quest. n.
62.

(g)
Super ius
Regn. lib. 2.
super constit.
in loc. de-
man. tit. de
off. Notar. &
Iudic.

(h)
Tom. 7. Ital.
Sacr de Epi-
sc. & Ar-
chiep Saler-
nii.

16 Histor. Epitome

• (2)
De subfeud.
lib. . tit. de
Prou. & Ci-
uit. Regn. n.
33.

tis. (a) Salernum olim Picentia Emporium, Romanorum Colonia, citra suffragium, Primaria Vrbs Metropolis, & nobilissima Ciuitas, Principibus decorata titulata, & disciplinarum alumna, & Mater Regia nunc Vrbs, & omni anno digna veneratione Regum Regia, & Caesarum Sedes. Se sub Normandis, & Carolo I. qui filio Carolo concessus titulum Principatus, &c. Ergo statuendum Salernitanam Vrbem inter cunctas Regni Ciuitates Primitu insigniri, ac inter præcipuas Orbis Vrbes reponi.

De Nobilitate Salernitana.

C A P. IV.

 LARISSIMAM, illustrem, ac antiquissimam ex omnibus Italiae locis esse Salernitanam Nobilitatem haud verendum. Maior enim pars à Gothis, Suevis, Longobardis originem traxit. Cernitur etiam exornata Titulis, decora- ta Trabeis, multisq; ditata Feudis: coniugia, & affinitates semper cum Salernitanis Principibus contraxit. Ex hac nobilissima Ciuitate plures in diuersa Italie loca Nobilium Coloniae deducere sunt.

Nobilitas ista, quæ à principio suæ fudationis fuerit à Plebe distincta, negari nō potest; immo clarè ex marmore Epitaphio in superiori Capite descripto conspicitur: cum quo Salernitanus Populus maximè Annium Victorinum Correctore Lucaniae, & Bruiorum honorat: Statuas, Tropheas, ac Marmorcos lapides, &

De Rebus Salernit. 17

perenes memorias ei erendo, ut Atheniensis, & Romana Respublica suis egregijs Ciubus faciebant.

Perpetuò, ac assiduè nobilissimo splendore eius
Ciues potiti sunt, ut testatur Raphael Volateranus
(a) Salernum, inquiens, olim Picentia Emporium, Ro-
manorum Colonia, Primaria Vrbs Metropolis, & Nobilis-
sima Ciuitas. Marinus Freccia (b) subdens ait, Regia
nunc Vrbs, & omni auro digna veneratione, Regum Re-
gia, & Caesarum Sedes: Clarissimi igitur in Nobilita-
te sunt.

Nobilitas quidem apud omnes maximo in hono-
re habetur, ut Aristotiles (c) scripsit: Nobilis enim
ex Quintilianu notum denotat: cum Nobilitas sit
noscibilitas, quæ non ob fomentum superbizæ, vt di-
xit (d) Diuus Fulgentius: nec ob sanguinis fastum,
veniens laus de meritis Parentum, vt notauit (e)
Boetus.

Nam genus, & proaños, & quæ non fecimus ipsi,
Vix ea nostra voco.

Cicero (f) ob militiam, & literas, Nobilitatem
agnorit, dicens. Due sunt Artes, quæ possunt locare ho-
minen in amplissimo dignitatis gradu, Militia, & Sophia:
ex Militia enim Monarchizæ, Imperia, ac Regna ori-
ginem habuere; sicut ex Literis: Nobilis namq; ille
censeri debet, qui virtutis radijs splendescit, vt in-
quit (g) Philosophus, nulla equidem Nobilitas est,
quam virtus, nulla nobilitas ex Diuo Bernardo: &
Iuueralis (h) insurgens in eos, qui peruetustam ge-
neris nobilitatem iactant, ait,

Tota licet Veteres exornent, undique Cere
Atria, Nobilitas sola est, atq; unica Virtus.

Nobilissimus verò dicitur, qui sanguinis, ac vir-

C tutis

(a)
Lib. 22. His-
tor.

(b)
Lib. 1. de-
subfeud.

(c)
Lib. 3. polit-
tic. cap. 8.

(d)
Epist. 2.

(e)
Lib. 3. de-
consolat.

(f)
Pro Mūr.

(g)
Lib. 4 polit.
cap. 6.

(h)
Satyr. 2.

18 Histor. Epitome

(a)
Super Codiz.

(b)
In 2. Cle-
ment.

(c)
In lib. 2. C.
de commerc.
& mercat.

(d)
Loc. cit.

(e)
Dialog. ad
Iustin.

(f)
3. de Conso-
lar.

(g)
Epist. 44.

tutis gloria simul illustratur: ideòque tres Nobilitatis differentiae à Felino (a) statutuntur, vna sanguinis, quæ est dignitas à sanguinis splendore proveniens, ab Auis demisso, & continuata successione in legitimos liberos manante, vt Landulfus (b) ait. Altera virtutis, de qua Baldus (c) inquit; *Quemcunqae virtute præditum esse Nobilem*. Tertia demum Nobilitas est virtutis, & sanguinis, simulq; certè numeris omnibus absoluta extitit, vt scripsit Baptista Mantuanus dicens. *Magnum est virtutis adiumentum, claris ortum esse Parentibus: nàm, Ex melioribus ortos esse meliores, Aristotiles (d) notauit. Quamquam eadem sit in singulis hominibus originis antiquitas: limum cuncti habent generis authorem sui, ex Agapito: (e) & Boetius (f) æquè quo ad genus omnes homines nobiles posuit, inquiens.*

Omne hominum genus in terris

Simili surgit ab ortu:

& subdens, ait:

*Mortales igitur cunctos
Edit nobile germen,
Quid genus, & proauos strepitis?
Si primordia vestra
Authoremque Deum spectes,
Nullus degener extat,
Ni vitys peiora fouens
Proprium deserat ortum.*

Et Seneca (g) ait. *A primo mundi ortu usq; in hoc tempus perduxit nos ex splendidis, sordidisq; alternata series. Non facit nobilem atrium plenum fumosis imaginibus; neq; in nostram gloriam vixit: nec quod ante nos fuit, nostrum est, Animus facit nobilem.*

Qua-

De Rebus Salernit. 19

Quapropter nobilissimæ huius Ciuitatis hominum coetus in tres distribuemus Classes . Quarum prima erit Nobilium de Sedili , vetustate , & magnificencia nemini secunda : cùm namq; Nobilium familiæ creuissent , sæpèq; de generis nobilitate dissenserent , graui odio , ac diutina similitate conficiabantur ; ideoq; in vnum coacto Concilio , in tria distinctæ Sedilia pari voluntate coniuncti , complexiq; sunt : & ex tunc concorditer , amicissimè , ac fideliter vixerunt . Tria propterea Salernitana in Urbe Sedilia numerantur : vnum dicitur Porta Noua : aliud Porte Rotensis : alterum verò del Campo . Secundæ Classis est more Nobilium Ciuium viuentium . Tertia Mercatorum , Artificum , ac aliorum de Plebe : & si Aristotiles (a) dixit , quod optimus Populus ex agricolis constat , nam fortissimi , si essent instructi , in disciplina militari euaderent ; at quia intra Ciuitatis moenia haud habitant , illos omittimus .

Primæ Classis Viri Nobiles , seu Patritij de Sedili appellantur , præclara stirpe orti ; de quorum laudes eloqui non libet : eloquentissimi namq; Scriptores de ipsorum propagine luculenter dixerunt : admirari satius est , quam peruetustam eorum Nobilitatem describere .

Secundæ Classis sunt Ciues Nobiles , more Nobilium viuentes : sicut plurimi adhuc Maiorum stemmatibus orti ob arma , literas , dignitates , feuda , ac per multa præclara gesta conspicui : ab alijs similiter Ciuitatibus ortum ducentes , à quibus prisca eorum Nobilitas originem trahit .

In tertia verò Classe ponuntur Artifices , & alijs , qui numerosi sunt in Ciuitate , sicuti , & cæteri de

20 Histor. Epitome

Vulgo , seu de Plebe , de quibus magna numeratur copia : at cum nostrum de his omnibus loqui non sit, ideò dicendum

De Salernitanis Regulis.

C A P. V.

 R O P R I O S Regulos per sacula multa Salernitana Ciuitas habuit, quando fortuna, Romaniq; Imperij maiestas in eius fide, constanter fuit : qua collabente Longobardi , Nortmandi , Sueui, Galli , ac Hispani nunc felicissimè regnantes, æterneq; sub Catholico, ac Inuictissimo nostro Rege Carolo II. quatrimundi Monarcha, perennè regnabunt.

Salernitani namq; Principes inter totius Regni Principes nobilissimi , ac potentissimi fuere : initio enim Reges erant, minimèq; ex alterius nutu pabant, in quorum ordine numeratur

I Primus Salernitanus Princeps Arichis è Lögobardorum genere, Dux primò Beneuenti, quem unanimiter Ciues omnes Principem acclamauerunt , ac honorificè ad Principalem dignitatem ascierunt, ut Romualdus II. Archiepiscopus Salernitanus scriptum (a) reliquit: vxorem duxit Adelpergam filiam Desiderij Longobardorum Regis , ex qua filios Romoaldum, Egisifum, Theoraldam, & Adelcifam suscepit: relieto namq; Ducis titulo , inter Principes primus fuit nuncupatus : à Comprouincialibus

(a)
In Chronic.

De Rebus Salernit.

2. I

bus eius sedis Metropolis Coepiscopis, more Regio ipsum vngi mandauerit, ac ipsimet Regiam Coronam imponi: in Sacratissimo Palatio subscriptiones dari iussit: Erchempertus (a) Leo Ostiensis (b) Capacius, (c) ac Frecccia (d) notauere. Tunc Provincia Principatus anno 762. fuit appellata: amplificauit, ac ope mirifice communiuit, nouaque fabrica, Salernitanam Ciuitatem reparavit, ut perpetuò esset Principibus præsidium, sicut apud Ostensem (e) legitur: in quodam eius tumulo adhuc videtur.

*Nec minus excelsis nuper circumdate muri
Structorem orbe tuum, clare Salerne gemis.*

Ecclesiam Sancti Petri ad Curtim extruxit, in qua Idolum ingens Arichis ex auro fabrefactum inuenit: in hac sacra Æde ad præsens Regius Abbas à Catholica Maiestate ponitur: argiuos Arichis superauit, ac in fugam compulit: ætate 53. annorum placida morte quieuit 7. mensis Septembris 787. in sede ipsius humatus; annos 29. & menses 6. regnauit, ut Abb. Vghellus (f) notauit.

2 Grimoaldus secundus genitus, ob Romualdi primogeniti mortem Lucerix à Pipino Caroli Magni filio Papiae in carcerem fuit ductus, libertati deinde anno 788. donatus; dummodò in singulos annos persolueret viginti quinque mille aureos, & Salernitanam, ac Acheruntinam Ciuitatem destrueret, alijsq; conditionibus: venit deinde Salernum: Grimoaldus Apuliam versus discessit, Acheruntinam destruxit Ciuitatem: denuò Salernum rediens, ad Ciuium preces, dumtaxat parietes ad Fagustinæ riuum desolauit, aliamq; muri partem ad Occidentem versus, ubi dicitur *Bussanola*, necnon propè ma-

(a) *In Histor. Longobard.*
(b) *Lib. 1. cap. 9.*
(c) *Lib. 1. Neapol. Histor. cap. 12.*
(d) *Lib. de subfeud.*
(e) *Lib. cit. cap. 12.*

(f) *Tom. 7. Ital. Sacr. de Episc. & Archiep. Salernit.*

Histor. Epitome

ris littus Meridiem versus: mortuo Catolo, muros ampliori forma reedificauit, anno 806. Salerni occubuit: & in maiori Ecclesia Sancte Mariæ Angelorum prius dicta sepultus.

3 Grimoaldus Princeps tertius creditur dicti Grimoaldi filius fuisse, duos regnauit annos, & à Radelchise Capuae Comite, anno 817. interemptus fuit.

4 Sico Spoletinus anno 818. strenuus fuit miles, Neapolim expugnauit, vnde corpus glorioissimi Martyris Ianuarij extraxit, ductumq; Beneuentum, ut legitur apud Capacium, (a) & apud Leonem Ostiensem, (b) anno verò 1497. in Neapolitanam Basilicam translatum, & nouam Capuam ædificauit: regnauitq; annos 15. obiit anno 833. Sicardum eius filium hæredem Principatus effecit.

5 Sicardus Patri successit, immanis, ac crudelis erga subditos: Liparis insulam subiugavit, è qua corpus Sanctissimi Apostoli Bartholomei anno 837. abstulit: Beneuentum translatum secundum Platinam, Sabellicum (c), Frecciam (d), & Chronicam Cassinensem: (e) Amalphitanos etiam sub suo dominio posuit, ab eis Sacratissimæ Virginis, ac Martyris Trophomenæ corpus transferendo: anno vero 839. post dominium annorum sex, tamquam Tyrannus trucidatus fuit.

6 Radelchis, Thesaurerius Sicardi, illi in Principatu successit, quamquam de iure ad Siconulfum, supradicti Sicardi germanum successio spectaret, immo illum in carcerem constituit. Ad Nuceriam Dauferius relegatus fuit; eò quia Salernitanos ad Siconulfum liberandum è Tarentinis carceribus induxit, illumq; pro illorum Principe acclamantes: ab

(a)
In Puteolan.
Histor.

(b)
Lib. 1. Hist.
Cassin. cap.
22.

(c)
1. Enead. 9.
lib.

(d)
Lib. 1. de
subfeud.

(e)
lib. 1. Chron.
Cassin. cap.
23.

De Rebus Salernit. 23

arce igitur sub mentita forma mulieris græcæ lux
amatæ fuit liberatus : in portu à Salernitanis, vt alij
mercatores, ibi existentes suscepimus.

7 Siconulfus Salernum ductus, Princeps acclamatus, cum Radelchide gescit bellum, illumq; superando cum exunijs, & captiuis Salernum se conculit ; deinde Radelchis cum Saracenis fœdus iniit, licet ob pecuniæ inopiam, ac pessimos Africanos mores illos dimisit : ope verò Guidonis, eiusq; affinis Duci Hetruriæ inuicem cōuenerunt, Beneuenti Ducatum Radelchisio, Siconulfo Salerni Principatum diuidendo, anno 840. ex Romualdo II. (a) Amalpitani similiter sponte dicto Principi se submisere, quem iustum, ac strenuum mors anno 848. eripuit.

(a)
In Chronic.

8 Sico pupillus, Siconulfi filius successit, sub Petri eius Compatriis tutelā anno 851. qui vnamimiter cum Beneuentanis contra Saracenos arma gerens, ex hoc mundo migravit. Pupillus verò, (Siconis industria) acerbæ morti succubuit.

9 Siconus, post ultima fata pueri, ad Principatum conseendit, regnauitq; annos 5. & tandem ab hac luce subtractus est.

10 Ademarius, post Siconis funera, à Salernitano Populo anno 856. Princeps fuit designatus, at quia ingentia cupiebat lucra, à Salernitanis odio habitus, oculos, ac Principatum (b) abstulerunt.

(b)
Ex Histor.
Ignor. Cassin.
n. 23.

11 Guaiferius, cognomento Balbus, Maionis filius, anno 861. fuit Princeps acclamatus, attamen ob eius rapacitatem odijs infensus à Guaiferio eius affine, cōnuocato Populo, Principatu priuatus fuit, ac vinculis traditus, obiit anno 866. vt ex Iulio Cæsare Capacio (c).

(c)
Lib. 1 Histor.
Neapol. cap.
20.

12 Guai-

12 Guaiferius Patruus Dauferij ad Principatum fuit electus : cum Redelchide Beneuentanorum Duce coniunctus : à Basilio Macedone auxiliu quoque petierunt : Saracenos simulq; iuncti ab Italia exterminauere , quæ à ferocissimorum hostium immanitate fuit liberata , vt dictus Capacius (a) dixit . Abila verò Saracenorum Dux cum sexaginta duobus millibus militum circumcidere Salernum : attamen Princeps Beneuentani Ducis auxilio extra muros pugnans in loco , vbi nunc dicitur *la Carnale* quindecies mille Saracenos trucidauit , ideòq; adhuc ad præsens locus ille dicitur *la Carnale* : Abila verò reperiebatur intus Ecclesiam , in qua venerabantur corpora SS.Martyrum Fortunati , Cai , & Anthes , quæ Ecclesia extra Ciuitatis muros reperitur , ibi q; à trabe lapso ob crima obscena cum quadam puella foedissima super eiusdem Ecclesiæ altari publicè patrata repétè occubuit . Electus deindè Abimalec in Ducem fuit , diùq; Ciuitatem vexauit , tandem cuncti Saraceni ab Urbe Salernitana in Siciliam expulsi fuere , à quo Regno denuò egressi Citriam , nec non Fontem Salerni portum petierunt : demum anno 880. à Salernitanis fugati : Princeps verò languore corruptus , principatu deposito , in Diui Benedicti familiam se reposuit , summis votis expertens ad Cassinense Cœnobium deferri , sed cum ob Saracenorum incursionem id fieri non posset , Teanum delatus est , vbi vitam finiens , tumulatus fuit , vt Vuion (b) scripsit : Ecclesiam Sancti Maximi , quæ per Monasterium Cauense Sanctissimæ Trinitatis olim possidebatur ; ædificauit , vt in tabulis dicti Sacri Monasterij habetur descriptum .

(2)
Loc. cit.(b)
In lign. vit.
lib. 4 cap. 37
et lib. 1.
Chron. Cas-
fin. cap. 41.

De Rebus Salernit. 25

In nonine Domini Dei Salvatoris nostri Iesu Christi.
Regnante Dom. Ludouico Imperatore Augusto, anno Deo
proprio, vigesimo mensis Nouembris 2. Ind. Ego Gau-
ferius Diuina gratia Princeps filius quondam Danferij
Principis, diuino auxilio me adiuuante, intus hanc Sa-
lernitanam Ciuitatem super ipsa fistula propinqua casa
mea, à fundamine usq; ad culmen Ecclesiam Dei adifi-
caui in honorem, & vocabulum Sancti Maximi Con-
fessoris Domini nostri Iesu Christi, &c.

13 Guaimarius filius dictus Malamemoriae, suc-
cessit anno 894. vt Romualdus II. (a) afferit, è non
paucis locis Moros extrusit: Ducatum Beneuenti
obtinuit, Adinolfum expellendo, apud Salernitanos
odie habitus: priuatè tandem viuendo in palatio di-
cta Ecclesiae Sancti Maximi, post quadraginta annos
dominij, vitam cum morte commutauit.

(a)
In Chronic.

14 Guaimarius II. iuuenis dictus Caluus, adhuc
suo genitore viuente regnauit: Græciæ Imperatoris
auxilio Saraceni omnes trucidati fuerunt, vt habe-
tur (b) apud Marinum Freccia. Ope equitum quiu-
quaginta Normâdorum, qui nauj à Terra Sancta de-
uenere: à quibus deinde Nortmandi Principes, ac
Neapolitani Reges originem duxere, annos 37. re-
gnauit: tandem à Lybitinæ falce, anno 945. fuit ra-
ptus, in Cathedrali Ecclesia sepultus.

(b)
Lib. 1. de
subfeud.

15 Gisulphus Guaimari filius, etiam paruulus
parenti succedendo regnauit, Beati Apostoli, Euan-
gelistæ, ac Martyris Matthæi corpus Lucanizæ fini-
bus imuentum, vt notatur per Baronium (c) & ex
Erchemperti Historijs, è Pestana Ciuitate, anno 954.
tempore Præsulatus Bernardi II. summa cum vene-
ratione in Vrbem Salernitanam transtulit, cuius ad-

(c)
Tom 11. ad
ann. 954.

26 Histor. Epitome

uentum Sanctus Gramatius II. Salernitanus Episcopus, vltimis eius vitæ horis his prædixit verbis. Non post multa tempora Ecclesia Salernitana cœlesti thesauro decorabitur, atq; ad supremum honoris apicem deducetur: Festum vero dictæ Translationis singulis quibusq; annis pridiè Nonas Maij solemniter per octo dies hymnis, rosis, & floribus, maximo Populi concursu celebratur: vniuersusq; Clerus, Abbates, ac Comprouinciales cuncti Episcopi primis Vesperis, nec non Missæ solemni interesse compelluntur: ob illius aduentum, qui omnium primus hæbraicis litteris Euangeliura scripsit, vt notat Diuus Hieronymus octauo post Saluatoris Ascensum anno: ex Marco Antonio Marsilio Columna (a) nam trium ordinum Coronam reportauit, simulq; Apostolus, Euangelista, ac Martyr extitit, vt dixit Urbanus II. (b) & habetur apud Romualdum II. Gisulphus vero Deo animam, anno 981. efflavit.

(a)
Lib. de vit.
& gestis B.
Matthai ca.
2.
(b)
In bull. ann.
1099.

(c)
Loc. cit.

16 Landulfus à Sancta Agata, Capuæ Principis filius, cum Gisulphi proles non adesset, anno millesimo ad Principatus fastigium fuit electus: sub Ioanne Abbe in Diui Benedicti Religionem ingreditur: omnia hæreditario iure ad se pertinentia, se, suaq; Sancto Benedicto obtulit, & in humilitatis suæ proposito perdurans, quieuit in pace, & in Casino sepultus, (c) inquit Vuion.

17 Ioannes de Lamberto Longobardi filius ad Principatus culmen euectus, optima fama, anno 1030. obiit.

18 Guaimarus Balbus filius successit, eiusq; ope Pandolfus Capuæ Princeps, qui apud Germanos carceri detinebatur, libertati donatur, vt narrat Iulius

De Rebus Salernit. 27

Ilius Cæsar Capacius: (a) tandem immanis, ac crudelis factus, diris vulneribus, anno 1052. à Salernitanis triginta sex plagis perfoßus, magno cum ludibrio in eius cadauer inseuerunt, vt in Cassinensi Chronica (b) legitur, ac in dicto Chronicon Romualdi II. ac apud Anonimum Cassinense.

(a)
Lib. Histor.
Neapol. cap.
12.

(b)
Lib. 2. cap.
86.

19 Gisulphus II. Longobardorū nouissimus, occiso eius Patre Guaimario, in Salernitanos Parentis cæde animaduertit, ac quadraginta reos trucidauit: qui etiā Alexandri II. Concilio Salerni habito anno 1069. interfuit, sic etiam illo celebrato Romæ à Gregorio VII. anno 1079. in quo Robertus Guiscardus Normandorum Dux, eius affinis, Ecclesiæ bonorum occupator, excommunicatus fuit: per menses septem Salernum obsedit: tandem die 17. Septembris 1076. fugam arripuit, Gisulphus verò Romam, ac Cisalpinam Galliam petijt, & è Longobardorum linea postremus Princeps Gisulphus fuit.

20 Robertus Guiscardus Normannus Astutus, scù Ingeniosus dictus, Tancredi filius Dux Apuliæ Calabriæ, ac Siciliæ, primus ex Normannorum genere Salerni Princeps: Ciues beneficijs multis cumulauit, magnisimum ingentisque molis Templum construxit, in quo anno 1076. Evangelistæ Matthæi corpus collocauit, vt ex Summonte (c) habetur: Pontificis iussu Beneuentum vexare desilit, Græcos classe vicit, à Gregorio VII. vocatus in mole Adriani, magno exercitus apparatu Romam profectus est: ob cuius aduentum territus Henricus III. Imperator, Sienam se contulit: Robertus autem strenuè pugnans Capitolium, aliaq; proximiora Castra igni dedit: tandem die 13. Februarij 1084. Pontificem in

(c)
Nella 1. parte dell' Histor. di Na-
pol. cap. 13.

28 Histor. Epitome

(a)
Histor. d'I-
tal. tom. I.
fol. 7.

(b)
In Vita
Gregor. VII.

(c)
In sua Chro-
nic.

(d)
Lib. I. Nea-
pol. Histor.
cap. 20.

(e)
Nel Com-
pend. dell'
Histor. di
Rom. fol. 230

(f)
De Episc. &
Archiep. Sa-
berniti.

(g)
In sua
Chron.

(h)
In Ital. Sa-
ernit.

propria Sede collocauit, vt Historici cuncti testan-
tur, præsertim Brianus. (a) Romanorumq; incon-
stantiam videns, Salernum tamquam in locum tu-
tum, & fortem secum Pontificem duxit, vbi anno
1085. die Dominico 25. Maij ad beatiores sedes
euolauit: eiusq; vltima verba fuere. *Dilexi iustitiam,*
& odiui iniquitatem. Sic scriperunt Paulus Beatiens-
ensis, (b) Anonimus Cassinensis (c), Capacius.
(d) Et Zappullus (e) testatur in successorem San-
ctissimi Pontificis Gregorij, Salerni in Summum Pon-
tificem Victorem III. à Cardinalibus, ac Episcopis,
ibidem existentibus electum tuisse, vt Musca (f) no-
tauit, priùs namque dicebatur Desiderius Abbas
Montis Cassinensis. Robertus Ciuitates multas
Campaniæ, Apuliæ, ac Greciæ summa cum laude
depressit: duos habuit filios, Boemundum, & Ro-
gerium: Primus in Syriam cum exercitu profectus est:
Secundus Apuliæ, & Calabriæ Ducatum obtinuit:
demùm anno 1079. vt ait (g) Romualdus II. apud
Insulam Coropoli in Grecia Deo animam dedit, an-
no Ducatus eius 26. ætatis 72. vt narrat (h) Vghel-
lus, eiusq; iussu in Ecclesia Sanctissimæ Trinitatis,
quam ipse in Ciuitate Venetiæ construxerat, fuit se-
pultus, vbi legitur.

Hic terror mundi Guiscardus, hic expulit Urbem
Quem Ligures Regem, Roma, Alemarus habet
Parthus, Arabs, Macedoq; plalanx nō texit Alexim,
At fuga, sed Venetum, nec fuga, nec peragus:
ita Baronius.

21 Rogerius patri Roberto anno 1085. in Prin-
cipatum successor quamquam maiori parte statutus ab
eius germano Boemundo priuatus fuisset ob dissi-
dium

De Rebus Salernit. 29

dium inter eos : multa à Parente omissa concessit , sècumq; gerendo bellum , Tarentinam Ciuitatem adeptus fuit , ad non pauca Romanorum loca se contulit , cum à fide Pontificis defecissent : post
26. sui Ducatus annum , ætatis suæ maior 30. annis , mense Februarij , anni 1111. diem clausit extremum , vt Falco Beneuentanus (a) scripsit : in Divi Matthæi Ecclesia , quam genitor construxerat , vniuersali lucu sepoltus ; ex Romualdo II. (b) habetur.

(a)
In Chronic.

(b)
In sua-
Chronic.

22 Gulielmus filius Rogerij principatum accepit : à Gelasio Apuliæ , & Calabriæ Ducatus habuit inuestituram : à Paschale Pontifice vexillum obtinuit : à Gregorio anno 1088. confirmatum , Constantiopolim adiit ob filij Alexij Imperatoris matrimonium , sed tempus inaniter duxit : loca multa à Rogerio Comite Siciliæ derenta , redeundo inuenit : hilariter Salernitanis fuisse acceptus : die vero 5. Septembri anni 1121. Calixtus Pontifex Salernum venit ob pacem confirmare , et cum Gulielmo , & Rogerio , vt Falco Beneuentanus notauit , ac (c) Vghelus scripsit : eodemq; tempore Romualdum Diacorum Cardinalem Salerni Archiepiscopum consacravit . Honorius Papa cuncta priuilegia ei confirmavit : filiam Ducis Apuliæ vxorem duxit : postremò in Messana Civitate , anno 1126. Rogerium heredem instituit : sequenti verò anno VII. Kal. Augsti occubuit , sic Falco Beneuentanus , (d) & Gjrdus (e) scripsere . Regnauit annos 17. & menses 10. in Salernitana Basilica humatus , quam Robertus Dux auus à fundamentis ædificauerat , ex Romualdo II.

(c)
Tom. 9. Ital-
Sacra.

(d)
Chronic. Ric-
nald. anno
Ecclesiast.
ann. 1121.
n. 1.

(e)
Nella 3. par-
del suo Diaz.

23 Rogerius Siciliæ Comes Neapolis Rex Sa-
ler-

30 Histor. Epitome

lernum venit, honorificè à Salernitanis receptus, Princeps à Capitaquensi Episcopò vñctus. Titulus, ac Principatus Salerni ad Reges peruenit anno 1130. cuncta Salernitanorum priuilegia confirmauit, illorumq; fidelitatem magnoperè commendauit, vt habetur ex priuilegio, (a) Datum Salerni anno 1137. in quo præcipue legitur. Sola Italiae Salerni Ciuitas fidelitatem intemeratam conseruauit. In Siciliam rediit anno 1128. Honorius Apuliæ Ducatum ei concessit: Concilio habitu Romæ anno 1130. primus Siciliæ Rex fuit coronatus. Kal. Martij Anacletus Pontifex Salernum venit, & denuò anno 1132. Vxo. Sibilla egi partoris Amul res quatuor habuit, Airoldam filiam Comitis Cafo che p[er] Principio. di Ca. fertæ: Albiram filiam Regis Hispaniarum: Sybillam sororem Ducis Burgundia: & Beaticem filiam, vel ut alij aiunt Comitis Restæ sororem: plures habuit filios: varia gessit bella, tertim cum Innocentio II. Pontifice, anno 1134. emùm Siciliæ Regnum, ac Apuliæ Ducatum obiit, Ecclesiæq; feudatarius remansit, & Salerni Principatus ad Siciliæ Reges fuit trâslatus: febre postremò oppressus, anno 1149. obiit: Panormi sepultus: tegnauit annos 18. & menses 5. eius vitæ 59. vt (b) scripsit Mazzella.

(a)
Ex Archivio
Civitatis Sa-
lerni.

aut. Bulisan in rom:
vitæ reg. Nea. p.
retet invita Reg. f. Neap
Pontifex Salernum venit, & denuò anno 1132. Vxo.
Sibilla egi partoris Amul res quatuor habuit, Airoldam filiam Comitis Cafo che p[er] Principio. di Ca. fertæ: Albiram filiam Regis Hispaniarum: Sybillam sororem Ducis Burgundia: & Beaticem filiam, vel ut alij aiunt Comitis Restæ sororem: plures habuit filios: varia gessit bella, tertim cum Innocentio II. Pontifice, anno 1134. emùm Siciliæ Regnum, ac Apuliæ Ducatum obiit, Ecclesiæq; feudatarius remansit, & Salerni Principatus ad Siciliæ Reges fuit trâslatus: febre postremò oppressus, anno 1149. obiit: Panormi sepultus: tegnauit annos 18. & menses 5. eius vitæ 59. vt (b) scripsit Mazzella.

(b)
Nelle vite
de i Rè di
Napoli.

24 Carolus Andegauiaæ Rex, Ludouici VIII. Regis Galliæ germanus, qui Fogiaæ occupauit 1283. Principis Salerni titulum, anno 1269. suo filio Carolo contulit: Mariam vnicam filiam Regis Vngatiæ vxorem ei dedit, & Carolus II. Rex Neapolis circa annum 1284. fuit appellatus: tandem die 5. Maij 1309. ex hac vita discessit: ætatis 62. Regni 40. & dies 7. Neapoli in æde Diui Dominici Maioris, quam ipse fundauerat humatus, licet ad Prouentiam dein dè

De Rebus Salernit. 31

dē trans.atus : Cor verò in marmorea vrna in dicta Ecclesia seruari iussit, vbi legitur.

Cōditorū hoc est Cordis Caroli II. Illustissimi Regis Fundatoris Conuentus, anno Domini M. CCC. IX.

27 Carolus III. Rex dicti Caroli II. Vngariæ Regis primogenitus, Salernitanus Princeps, Margaritam Mariæ sororis Reginæ Ioannæ I. filiam uxorem duxit, quæ Eccleſiam Sanctæ Mariæ Incoronatæ Neapolis, vbi coronata fuit, extruxit: Carolus verò die 2. mensis Iunij 1386. in Ciuitate Vigæ obiit, ætatis 45. mensium 6. & dierum 10. vt Mazzella (a) notauit.

(a)
Loc. citr.

Et posteā ad inferiores Dynastas Salerni principatus est translatus.

26 Iordanus Columna Martini V. germanus à Ioanna I. anno 1419. Princeps fuit creatus.

27 Antonius Columna filius successit anno 1423. vsq; ad annum 1433.

28 Raymundus Vrsinus Nolæ Comes, Salerni principatum à Rege Alphonso obtinuit cum potestate naturalibus eius filijs Statum diuidendi, scilicet Felici Principatum Salerni: Nolæ, & Sarni Comitatum Danieli: & Atripaldæ Iordano: Serenissimi titulo Raymundus fuit decoratus, vt in Archivio Sanctæ Annæ de Nuceria extat memoria: ex hac vita denū anno 1458. migravit.

29 Felix Vrsinus Andagauenibus, non Regi Ferdinando Aragonensi adhærendo, quamquam illi anno 1460. percepisset, denuò de eius fide dubius, quia Renato Andagauensem Regi adhæsit, dicto anno Principatu priuatus fuit.

30 Robertus Sanseuerinus Marsici Comes, Mag-
nus

32 Histor. Epitome

gnus Regni Admiratus mense Ianuarij, anno 1463: Principatus positionem obtinuit, Regio Fisco successi, defecit, vt diximus à Ferdinando Rege dictus Felix: potestatem adeptus fuit pecunias cudendi, lessæ Maiestatis offensas condonandi, multisq; alijs fruebatur priuilegijs: Serenissimi titulo fuit insignitus, vt ex Regio Archiuio (a) : eximiam Neapoli ædificauit ædem, in qua ad præsens est conspicua, & celebris Ecclesia sub titulo, auspicijs, ac protectione Immaculatæ Conceptionis Deiparæ, domus professa Societatis Iesu: multa equidem Robertus fecit: ac tandem communi gemitu anno 1475. Deo animam efflavit: Salerni in sacra Diui Matthæi æde sepultus.

31 Antonellus Roberti filius ex Catharina Sforzia natus, anno 1478. successit, Regem ob non confirmationem officij Magni Admiratus odio habuit, assidue Salerni morabatur, mandata Regis parvificiens, Constantiam Montisfeltriæ filiam Fiderici Ducis Vrbini vxorem duxit: cum Regni Baronibus contra Regem conspitauit: filiumq; Fidericum Salernum veniens, vinculis alligauit: sedato Reges contra Barones, & fœdere inito cum Antonello, conditione, vt è Regno exiret, ac in Sinigaliam proficeretur, in qua postmodum ex hac vita migravit, & in Principatum eius filius successit.

32 Robertus II. vxorem habuit D. Mariam de Aragonia filiam D. Alphonsi Ducis Villahermosæ Regis Ferdinandi fratri, quæ mense Ianuarij in lucem dedit D. Ferdinandum Sanseuerinum vltimum Salernitanorum Principem, Caroli V. Imperatoris Patrualem, vt Franciscus de Pietri (b) narrat. Robertus

(a)
fol. 78. 1461.
62. 63.

(b)
Nel lib. 1.
dell' Histor.
Neapolet.
cap. 7.

De Rebus Salernit. 33

bertus verò Agropoli die 2. Nouembris 1508. perrijt: Salernum deindè ductus, ac humatus.

33 Ferdinandus infans D. Berardino Villamaria Capacij Comiti, ac Regni Admirato fuit à Rege datus: nec non sub Berardini Ogeda Magni Auxili, ac D. Antonij Mari Iberi sanguinis Regij custodia: illumq; latinam, ac græcam linguam Pomponius Gauricus docuit. Vxorem duxit D. Isabellam Villamarinam vnicam filiam dicti D. Bernardi: Princeps digna multa egit, è Regno hostes ejecit, pacemque restituit: Bononiæ Caroli V. coronationi interfuit, contentionemq; ob præcedentiam cum Marchione Astorghiæ iniijt anno 1530. & anno 1535. magno, honore contra Turcas adhæsit Cæsari: sic etiam in Flandria, ac in Germania: die 24. Nouembris eiusdem anni Salernum Imperator vedit, vbi splendidissimè, ac lautè per quatuor dies à Principe hospitatus est: cui anno 1541. in bello Iuliæ Cesareæ, licet tenui sorte adhæsit. Postmodùm anno 1548 cum Placido de Sangro ad Casarem à Neapolitana Ciuitate ob causam Sanctæ Inquisitionis ponendæ missus: illinc tamen rediens à D. Petro de Toletu tunc Vicerege fuit perperam receptus: anno 1551. 3. Idus Junij Scopli ictu à Perse de Rogerijs propè Cauensem Ciuitatem è Neapoli veniens in femore percussus: Perseus ab innumeris hominibus fugatus, in Cauensibus montibus captus, per annum in carcerem detentus: tandem Neapoli caput ei fuit obstrunctum. Ferdinandus non parum (vt fama erat) à dicto D.. Petro vexabatur: indignatione propterea succensus è Regno Paduanum migravit, deindè Venetias profectus est, vbi per plures menses incoluit: &

licet gratas à Carolo V. quæreret, aures, nunquam ei concessum fuit: demum coram Hispaniæ Oratore Venetijs residente, ac Senatu, cuncta, quæ in Regno possidebat, renuit, fidelitate eius Regis Caroli destituta, ad Christianissimum Regem Henricum II. profectus est, anno 1552. vt Sansouinus (a) refert: demum Bizantyum cum Gallorum classe transfetauit Turcas pro Regni debellatione aduocando: in Insula Chio Princeps remansit, deinde à Solimano vocatus, honorificè cum eius familia fuit receptus: at vanitate, & viribus amoris ductus, breui suam existimationem amisit, ludibrioq; factus, ad Galliam absq; Turcarum classe rediit: Castri verò morabatur Princeps, quando quidam suus semper, & vbique familiaris Romam ab eodem Principe missus, à nummorum copia corruptus, si Principem morti daret, de quo Alcanij Columnæ ope, admonitus Princeps, iusfit dictum familiarem è Castro ejici, at cum denuò intromitti instetisset, palam tunc Princeps manifestauit patranda, illumq; iusticiæ tradidit, qui cuncta confitendo, turpiter fuit morti datus. Et quamquam Hispaniæ, ac Galliæ Reges tunc pacem iniijere: Henricus Rex gratiam pro dicto Principe assequi minime valuit: en tandem male ultimum suum clausit diem.

At quia Vxor auxilium Principi ferebat, hic diu fuit detenta: in Hispaniam deinde missa, vbi Imperatoris filia Lusitaniæ Princeps, ac Iberus Princeps multo eam dignati fuere honore, necnon Cæsarrem allocuta, ejq; permisum, vt in eius dominatu liqueat permanere: vnde rediens ab apoplexia in itinere oppressa, extremo Salernitanorum, ac Neapolitanorum luctu occubuit.

Re-

(2)
Nella Chron.
nolog. del
Mond.

De Rebus Salernit. 35

Regia ex inde Salernitana Vrbs reperitur, imò Regum Regia, & Cæsarum Sedes, vt ex Marino Freccia (a) scriptum habetur.

(2)
Lib. 1. de
subfeud.

De Ecclesijs Salernitanis.

C A P. VI.

ENVMERATIS iam Salernitanis Dynastis, Sacras describemus ædes, præsertim maiorem Basilicam, in qua colitur corpus Matthei Galilei ex Alpheo patre Tribu Ieui, Apostoli Evangelistæ, & Martyris, qui in altare, in quo Sacra confecerat, ecce clam ab Hirtaco Littor pessimus mitiuitur, qui Beatissimum Apostolum adhuc orantem bis, teruè in viscera pugione transuerberauit XI. Kal. Octobris à Christi Natalibus, anno 68; quod cum Populus male accepisset, turmatim lignis, ac pice ad Regis palatium currunt omnes, viuum enim Regem cremare intendunt, at Popularis ira à Diaconis, & Sacerdotibus compelicitur, ut narrat (b) Marcus Antonius Marsilius Columna: In Æthiopia Regiæ Civitatis Tarrij sepultum sacratissimum corpus remansit, usq; ad annum 320. quæ à Barbaris destruta, Britanni Mercatores eò appulsi, Apostoli monitu, eius corpus in minorem Britanniam ad Promontorium hodie Divi Matthei nuncupatum, ex Oliuare (c) ad Regiam Civitatem Leggiam dictam transuerserunt, ibi per annos 50. permanxit. Leggia, vero anno 370. deuastata: nauis glorioſi Apostoli cor-

(b)
De Vir. &
gest. B. Mat-
thæi cap. 4.

(c)
In Scholys
ad Melam
lib. 1. cap. 3.

36 Histor. Epitome

pus ad Lucaniæ partes trasfertur ad paruam Ecclesiæ propè Pestanam Ciuitatem , ad Cathedralem deindè per annos 584. requieuit: anno vero 954. die 6. Maij è Pestana Ciuitate Salernum Apostoli corpus ad Cathedralem Ecclesiæ deportatur , sub titulo olim Sanctæ Mariæ Angelorum , nunc Sancti Matthæi Apostoli , & Euangelistæ Ciuitatis Patroni , eximia , ac admirabili architectura constructam , posse , ac splendidè exornatam circè annum Dominicæ Incarnationis 1075. peculiari Ducis Roberti ære , ut ex marmoreis , ac triumphalibus ante templi parietes insculptis tabulis constat , in quibus legitur .

*A. M. & Euangelistæ Patrono Vrbis,
Robertus Dux R. Imp. Max. de
arario peculiari.*

Diuinum enim numen omnimodè omni tempore colendum . Iure Deo Diuisq; ædificandæ sunt Sacræ ædes , sine quibus vix rectè Deo cultus exhiberi potest . Religio namque firmissimum iudicatur principatus firmamentum , quam si Princeps neglexerit , à Deo quoq; negligetur : hinc Horatius cecinit .

*Dij multa neglecti dederunt
Hesperia mala luctuosa.*

Ad cuius Ecclesiæ fauorem Alexander II. Salernum conuocat Episcopos , & Abbates anno 1068. Ex Abb. Vghello. (a)

*Metropolitanæ huius Basilicæ per marmoreos
gra-*

(2)
Tomo. 9. Ital.
Sacr. de Hy-
drunt. dr-
chlep.

De Rebus Salernit. 37

gradus patet ingressus: in summis verò scalis, vnica tantum præclara ianua cum marmoreis figuris videatur, ad cuius latera duo adhuc marmorei conspiciuntur leones: in eius vertice legitur.

Dux, & Iordanus, & Princeps Capuanus regnent aeternum cum gente colente Salernum.

Ad atrium quadrilaterum ingreditur cum porticis supra marmoreas columnas firmatis, necnon circum circa cum monumentis, in quibus nobilissimorum cineres seruantur: in cuius medio perennis fons vaico marmoreo granito lapide fabrefacto cubitorum triginta latitudinis in gyrum emensæ conspicitur.

Cohæret statim atrio augustissima ipsa Basilica, amplitudinem omnem excedens, ornata, magnitudine, & prospectu pulcherrima cum multis marmoreis, & porphyreticis lapidibus miro, ac singulari artificio compositis, vermiculato pavimento decorata: plurimis Prælatorum splendidissimis vris exornata: ita ut nec in hoc Regno æqualis, nec pulchrior in Italia conspici potest: omni ex parte à priuatorum ædificijs separata: cum quadrata turri campanili, altitudinis cubitorum biscentum, ex qua Campanæ miræ magnitudinis pendent iussu Antistitis Villelmi constructa, ut legitur

Temp^r Magnifici
Reg. Rog. VV. Eps
A. M. & Plebi Dei

Necnon propè hanc Capanilim turrim est Coemeterium, quod terra Sancta dicitur: in altera dicti Coemeterij ianua insculptum videtur.

Hase

Histor. Epitome

Hanc septima sit tibi terra leuis
 Quisquis huic tumulo posuit ardente lucerna
 Millies cineres aurea terra tegat.

In Occidentali dicti atrij parte in marmoreo tu-
 mulo circumcirca legitur.

Hic iacet Reu. in Christo pater Dominus Antonius
 Syraca Episcopus Acernensis, qui obiit anno Domini
 M. CCCC. XXXVI. die VI. mensis Iulij XIV. Ind.

In parte Septentrionali in nobili ysapichæ fami-
 liæ tumulo conspicitur.

Hoc sepulchrum est Fortunati ysapiche de Salerno.

Orientem versus propè æneam ianuam in tumu-
 lo est scriptum.

Hic iaces corpus sapientissimi Iudicis Benedicti Rotundi
 de Salerno Iurisperiti, qui obiit anno M. CCCC. XXVII.
 die VII. mensis Nouembris VI. ind. cuius anima re-
 quiescat in pace. Amen.

A templi fronte tres numerantur ianuae, media
 ænea egregiae amplitudinis, quam plurimis excul-
 ptam figuris, pulcherrimamq; conflandam curauit
 Landulfus Butrimile, insculpta vero extant.

Prima uia culpa trahit omnes crimina multa,
 Qua rogita pro me, semper Mattheae Magistrum
 Limina querentes Sancti vos conspicientes

Hoc opus d' dona Saluator crimina plura
 Discite Landulfo Butrimili Protosebasto,

Noscite me natum simul hic, & terra mandatum
 Landulfus Sebastian, Sanctus Mattheus
 Gisana Sebastian, & uxor eius.

In cuius portæ epistolio haec præstant verba legen-
 tibus.

De Rebus Salernit.

39

A Duce Roberto donaris Apostole templo

Pro meritis Regno donetur ipse superno.

Intus dictam ænam ianuam Occidentem versus,
sic scriptum apparet.

Hic iacet Dominus Philippus de Sanctomagno Dei
gratia venerabilis Caputaquensis Episcopus, qui obiit an-
no ab Incarnat. Domini M. CCC. XXXVI. mense Iu-
ly, III. Ind. cuius anima per misericordiam Dei requie-
scat in pace. Amen.

Honorificè adhuc sepultus videtur Matthæus de
Porta cum hac inscriptione.

Anno Domini M. CC. LXXII. Ind. 11. Dom. Matthæus
de Porta Salernitanus Archiepiscopus, obiit die Nata-
lis Domini.

Ante maiorem ianuam ænam humatus iacet Ni-
colaus Piscicellus Salernitanæ Ecclesiæ Præsul cum
hoc epitaphio ob prætereuntium pedes exeso, dum-
taxat legitur.

— — — — — Hic Piscicellus Præsul

— — — — — Nicolaus in Vrna

— — — — — Ossa dabant humus merita — — — — —

— — — — — in arca — — — — —

Marmorea clausit Præsul, & ipse — —

Nepos.

Aliud epitaphium conspicitur in sepulchrali la-
pide Nicolai Piscicelli dictæ Ecclesiæ Archipræsu-
lis II. scilicet insculptum.

Piissimi Patris Nicolai Piscicelli

Optimi Præsulis Salernitani

Ossa

1 Anno Salutis M. CCCC. XXI.

Ex

40 Histor. Epitome

Ex parte altera dictæ portæ præclarus conspicitur tumulus, & circum circa legitur.

Hic iacet corpus viri magnifici Domini Ioannis Grilli de Salerno militis, Iuris ciuilis professoris: Viceprothonotarij Regni Sicilie, qui obiit anno Domini M. CCC. XLIII. die XXIII. Aprilis XI. Ind. Aninione: cuius anima requiescat in pace.

Templum hoc dupli columnarum serie in longum diuisum videtur: necnon transuersus Andron ad Crucis instar Ecclesiæ spatium redigit: vniuersa moles est longitudinis passuum nonaginta, latitudinis triginta, miræ, sed proportionatae altitudinis.

Baptismalis fons vnico orbiculari lapide excisus, amplitudine cubitorum sexdecim, in medio Ecclesiæ est collocatus.

Suggestum, vbi diebus solemnibus Epistolæ, ac Sancta Euangelia cantantur, egregie vermiculatum, super duodecim columnas positum conspicitur. Consimile, ac per pulchrum suggestum in alio latere quatuor porphyriacis columnis illud sublinientibus videtur, in quo legitur.

Romualdus II. Salernitanus Archiepiscopus præcepit fieri hoc opus.

Priusquam ad Chorum ingrediatur, effigies Nicolai Agello in sepulchrali lapide circum quem honorificè insculptum appetat.

Nicolao Agello Salernitano Archiepiscopo, Matthæi Vul. Regis Cancell. filio Ric. Comitis Agelli fratri, qui Pontif. anno XL. salutis M. CC. XX. XI. Februario piè decubuit.

Supra Chori ianuam in arcu musivo opere fabræfacto legitur.

Anno

De Rebus Salernit. 41

Anno Dominica Incarnationis M. C. LXXV. Ind. XIV. tempore magnificentissimi Domini Vullielmi glorio-
sissimi Regis Sicilia Ducatus Apulie Principatus Capua.
Matthaeus Illustris Vicecancellarius eiusdem Domini
Regis magnus ciuis Salerni fecit, hoc opus fieri ad ho-
norem Dei, & Apostoli Matthei.

Chorus magnificus per pulchre ex tabulis fabre-
factus cum vermiculato pavimento, necnon à tergo
musius lapidibus circumlectus conspicitur, cum
organo ex primis huius Regni, tempore Praefulatus
Ioannis de Aragonia filij Regis Ferdinandi anno
M. CCCCC. LXXXII. Maximè à Praefule Carafa or-
nato,, sicuti etiam marmoreum suggestum mirificè
elaboratum, cum hac inscriptione videtur.

Ut templo decus adderet Gregorius Carafa suggestum
hunc è marmore erigi iussit, qui eundem, ut authorem, sic
primum habuisse gloriatur verbi praconem ipso Virgi-
ni Assumptæ in Calum die; anno M. DC. LXIX.

Maius altare in dictæ Ecclesiae androne est con-
structum, ac vermiculatum pavimentum, varijsq; la-
pidibus admirandum; stravit Romualdus II. ut ex
sui nominis inscriptione porphyreticis literis con-
spicitur, dicente.

Hoc opus fieri fecit Dominus Praeful Romualdus II.

In quo altare est collocata statua Beatissimæ Vir-
ginis cum Sanctissimo suo filio, Sancta Maria Ange-
lorum nuncupata, vbi etiam Sancti Felicis Mart.
corpus requiescit, cuius festum die 30. Augusti ce-
lebratur.

A tergo dicti altaris in vermiculatis lapidibus in-
sculptis vetustissimis caracteribus perquam elegan-
ter ista leguntur.

Ne Populus temerè sacram prorumpat ad Aram,
Sitq; salutiferis maior reverentia sacris.

Sumptus, & arbitrium Vuillelmi Præfulis istis
Marmoreis titulis hanc cinxit, & extulit Aram.

Marmorea pulchra nitent varijs distincta lapillis
O Matthæ tuæ pulchra corona domus.

Tu scis quanta fuit deuotio Præfulis in te,
Deuoti memorem te decet esse tui.

Non nisi Pontifici Sanctorum sancta patebunt,
Cum veteri Populo victima taurus erat.

Nec minus hæc sacra sunt, quamvis sint peruvia cunctis
Namq; novo Populo victima Christus adest.

Illi vituli species, quem panis obumbrat.
Digna sumpta caro, languores quoilibet aufert.

Exue te veterem quisquis vis sumere dignè

Has epulas, hominemq; nouū nouus induit Christum.
Magnifica, ac ampla Aspida vulgo Tribuna,

musiuo opere depicta retro dictum maius altare apparet: vbi cubitalibus litteris hæc conspiciuntur carmina.

Da Matthæ Pater Patr. hoc det, & innuba Mater
Ut Pater Alphanus maneat sine fine beatus.

Ecce Dei natum, sine Matre Deum generatum
Prædicunt Vates nasci de Virgine Matre.

Sic Christus natus, nostros remouendo reatus
Viuit cum Patre in Cælo, & cum Virgine Matre.

Ex parte Septentrionis Regalis Cappella, & Tribuna apparent: in altari effigies Sanctissimæ Virg. Pietatis, ac Præcursoris Ioannis adsunt, manu egregij, ac non satis laudabilis viri Andreæ de Salerno: cui Sacello Regina Margarita Regis Ladislaui mater donavit feudū, sicut Casale Sarignani situm in ter-
rito-

De Rebus Salernit. 43

ritorio, ac pertinentijs Sancti Seuerini, quod fuit
viri nobilis Francisci Sarignani de Salerno militis:
datum in Castro nouo, anno 1412. die 4. Apri-
lis, vt Abb. Vghellus (a) scripsit. Maria de Arago-
nia eidem Cappellæ donauit annuos redditus su-
per dohanam Salerni, datum die 1. Nouembris
1529. ex Vghello (b), & Salernitani Principes pro-
priam Aram illam semper existimauerunt, in qua
Sanctissimum Eucharistię Sacramentum adseruatur,
ac multæ Sanctorum Reliquiæ reconditæ sunt: pro-
pè dictum Sacellum aliud altare B. V. septem dolo-
rum nuper est dicatum.

In præclara alia Cappella adhuc cum simili Tri-
buna ex parte Meridiei dicta la Crociata, seu Sancti
Michaelis Archangeli familiæ de Procida, etiam
vermiculata museui operis, & circa emispherium le-
gitur.

Hoc studijs magnis fecit pia cura Ioannis
De Procida dici, meruitq; gemma Salerni.

Aram hanc construxit, atq; dotauit Ioannes ille
de Procida Salernitanus Patritius, Dominus Insulæ
Procidæ, ac aliorum locorum, Manfredi Regis so-
cius, familiaris, ac Medicus: vir memoriarum perennis,
qui in uniuerso Siciliæ Regno Gallos omnes truci-
dari fecit: innumeras namq; Siculis inferebant cla-
des, vt (c) scripsit Sanctus Antoninus Archiep. Flo-
ren: habuit enim Ioannes cum Regni Magnatibus
concilium, simulq; conuenere, vt statuta die Martis
in albis 30. mensis Martij, anni 1282. hora vesperti-
na insulari omnes arma sub mulierum clamidibus
celata sumerent, & in Gallos irruerent: insanum ut
fertur se simulauit, & cum buccineo clangore ad

(a)
Tom. 7. It. 21.
Sacr. de
Episc. & Ar-
chiep. Saler-
nit.

(b)
Loc. cit.

(c)
3. part. bi.
bor.

44 Histor. Epitome

cuiuscumq; insulani aures coniurationē denunciauit: statuta verò die, campana vespere tēpore pulsata, armis à mulieribus in Ecclesia tectis, tanto vnanimi impetu, Galli omnes per totam insulam degentes repente occisi fuere ad numerum sexaginta millium, adhuc fœminis, & prægnantibus ex Gallorum semine trucidatis, vt perpetuò eorum memoria ab insula deleretur, & in hodiernum vsq; diem dicuntur, le Vespere Siciliane di Giovanne di Procida: cuius Petrarca (a) meminit dicens: Sed undē magnus quidam vir surrexit Ioannes ille de Procida, qui formidatum Caroli diadema non veritus, & granis memor iniuria, & maiora si licuisset ausurus, ultionis loco huic Regi Siciliam abstulisse: & quæ sequuntur: sic Rex Petrus de Aragonia Regni coronam diligentia, & opera dicti Ioannis adeptus est, vt apud Villanum, (b) Mazzellam, (c) Summontem, (d) Girardum, (e) ac Petrum Messiam (f) habetur.

Plurimæ in dicto Sacello Sanctorum Reliquiæ reperiuntur: præcipuè marmorea statua cum candida arca, in qua Sancti Pontificis Gregorij VII. corpus veneratur, & insculptum sequens visitur epitaphium.

Gregorio VII. Soanen:

Pontif. Opt. Max.

Eccles. libertati vindici acerrimo

Afforti constantissimo, qui dum Rom.

Pont. autoritatē aduersus Henrici

Perfidiam strenuè tutor

Salerni Sanetè decubuit

A. D. M. XXCV. VII. Kat. Iunij.

M. Ant. Columna Marfil. Bononieno.

Archiep. Salern.

Cum,

(a)
In suo itine-
tar.

(b)
Lib. 7. histor.
cap. 61.

(c)
Nelle Vit.
de i Re di
Nap. fol. 81.

(d)
Histor. Na-
pol. part. 2.
lib. 3. cap. 1.

(e)
Nel suo Dia-
rio.

(f)
Nella 2. set-
ta regnauat-

De Rebus Salernit. 45

Cum illius corpus post quingentos circiter annos
Sacris amictum, ac ferè integrum reperisset.
Ne tanti Pontificis sepulchrum memoria diutius careret.

M. P.

Gregorio XIII. Bononien.

Sedente

A. D. M. D. LXVIII. Prid. Kal.

Quintil.

Cuius Sanctissimi Pontificis duorum miraculorum memoria prætereunda non est: profugo namq; Gregorio Salernum introeunte: rusticus quidam intra e dixit: en author præliorum, & seditionum, postquam totum commouit orbem, hanc tandem venit perturbare Vrbem: his ita cogitatis obmutuit: ad Gregorij deinde pedes ductus, suum confitendo errorem: ab eodem sancto pristinæ saluti restituitur.

Defuncto, ac sepulto Sancto Pontifice nocturno silentio subintroierunt fures, propter induicias namq; pontifcales sepulchrum aperire intendebant: at tantæ velementiæ ventus obuius eis fuit, vt cunctæ lampades, quæ in B. Matthæi crypta erant accensæ, extinctæ fuere: ipsi vero in amentiam cadentes, tamdiu fuere, quo usq; Cleri, Populiq; spectaculum fierent, vt (a) Paulus Bernriedensis antiquus Scriptor narrat.

Prœ dictam Aram effigies, ac magnificum mar moreum Sepulchrum inspicitur Gregorij Carafæ Archiepiscopi cum his inscriptionibus.

D. Q. M.

Gregorius Carafa Archiepiscopus Salernitanus,
Cui libertas Ecclesiastica

Cordi

In Vit. Gre-
gor. VII. Pó-
tif.

*Cordi fuit,
Hic*

*Mortuus iacere delegit viuus
Gregorius VII. Pont. Max. libertatis eiusdem*

*Vigil assiduus,
Deque hoc Canonicorum Collegio.*

*Optime meritus
Excubat adhuc, licet cubet
Ætatis sua Anno LXXX. Mens. VI.
salutis M. DC. LXVIII.*

*Inscribi voluit.
In sepulchrali verò lapide legitur.*

*Gregorio Carafa
Tum Cassanensi, tum Salernitana
Insula Claro*

*In æde Divi Gregorij VII.
Nominis congrua, & virtuti
Inter Clericos Regulares Generali
Inter Theologos scriptores eximis
Animi liberalitate omnibus charo*

*Dùm viueret:
Omnium fletu digno*

Dùm maritur:

*Ex Gurrello Marescallo,
Qui primus fuit Carafa sanguinis auctor,
Ex Gurrello Aurilia Regni Prothonotario
Joseph Aurilia Nepos amantissimus
P.*

*Obiit Salerni die xxiiii. Februario anno Domini
M. DC. LXXV.*

*Dignissimus hic Præsul pia Pastore digna multa
egit, præsertim præclaras Aetas, vnam Diuo Gaeta-
no,*

De Rebus Salernit. 47

no, alteram B. Andreæ de Abellino in Androne Ecclesiæ dicauit, cum inscriptionibus his.

D. O. M.

Gaetano Thianeo

Inter Duos nupèr relato-
Clericorum Regularium
Quam per celebri Institutori:
Optimo Parenti, & Patrono.

D. Gregorius Carafa

Tam inclytæ, ac pia Religionis
Generalis iam Praepositus
Cassanensis post Episcopus
Nunc Salernitana Vrbis Praeful
Sacellum hoc

Ob plurima accepta beneficia dicauit.

Anno Sal. D. M. DC. LXXI.

D. O. M.

Andrea Abellinensi

Aram hanc

Gregorius Carafa

Salernitanus Antistes extruxit,
Ne communi Patri Gaetano
Sanctus deficeret Collega,
Et cui viuo obsequia præstítit,
Mortuo veneraretur memoria
Anno Domini M. DC. LXXI.

In marmorea tabula pro Archipræsule Ludouico
de Torres hoc legentes aspiciunt cenotaphium.

D. O. M.

Ludouico de Torres Malacitano
Huius Sanctæ Ecclesiæ Archiepiscopo.
Insigni in Deum pietate,

In

Histor. Epitome

In pauperes misericordia,

In amicos studio

Ob spectaram in publicis

Apostolice Sedis muneribus

Operam Summis Pontificibus

Sui temporis egregie caro

Vixit annos LVIII. menses XI. dies XXV.

Obiit idibus Augusti M. D. LIII.

Ludouicus de Torres Vtr. Signat. Refer.

Patruo magno posuit.

*Insculptum in marmoreo tumulo iuxta Sacra-
rium legitur.*

*In hoc tumulo iacet corpus Reu. in Christo Patris Do-
mini Bartholomai de Aprano de Neapoli decretalium
Doctoris, permissione diuina Archiepiscopi Salernitani,
qui obiit anno Domini M. CCC. XIV. die IX. mensis
Septembbris VIII. ind. cuius anima requiescat in pace.
Amen.*

*Propè Diui Gaetani Sacellum adest sepulchrum,
& circumcircà legitur.*

*Hic iacet corpus Reu. in Christo Patris, & Domini
Don. Thomasij de Sanctomagno Dei gratia, venerabilis
Caputaquensis Episcopi: qui obiit anno ab Incarn. D.
M. CCC. LIII. die X. mensis Iulij VI. Ind. cuius anima
per Dei misericordiam requiescat in pace. Amen.*

*In eodem latere ad magnificum valdè commo-
dum, & illustre Archiepiscopale Palatum patet in-
gressus.*

*A parte Meridiei extra Chorum Thomas Carafa
Episcopus Caputaquensis cum infra scripto epita-
phio humatus iacet.*

De Rebus Salernit. 49

Thoma Carafa Marcelli filio Neapolitano V. I. D.

In Romana aula utrinq; Signatura Referendario,

Intimo Gregorij XV. ac Urbani VIII. P. à cubiculo:

Vulturaliens, deinde Caputaquensi Episcopo:

Ob publica Patrie negotia ad Philippum IV. allegato,

Tot dignitatum titulis claro,

Morum suauitate, prudentia, pietate præclariori:

Thomas, & Ioannes Baptista fratres

De Genitoris Patrio benemerentis

Hic

Vbi Gregorius Carafa Archiepiscopus Salernitanus hospes

Diem supremum clauserat PP.

Anno Domini M. DC. LXVIII. etatis sua LXXVII.

In Ara familiæ de Calce præclarus Tribunus militum videtur, sub quo legitur.

Ioannes Antonius à Calce Neapolitanus sub Carolo V. Cas. multis viriliter gestis, Eques Auratus, & Potentissimi Regis Philippi II. Tribunus militum, Ciuitella a Gallorum oppugnatione fortiter defensa Praclarus sibi, posterisq; fecit. Anno cl. IC. LXXII.

In Cappella de Palearia ad parietes adscriptum adest.

Angela iacet hic Palearia

Gentilitio splendore, an propria virtute clarior

Incustum:

Hinc peructus generis amplitudo

Amorum gloria

Supremi Magni Cancellarij, ac Camerary muneribus,

Castrorum, Oppidorumq; Dominatio

Apicij, Luceria, Manupelli Comitatibus

Percelebris,

Pudicitia, prudentia, fortitudine supra sexus vires

G

Ad-

50 Histor. Epitome

Admirabilis,

Honorum ea fastigia Thomasia illa Palearia
Ad Vrsinos Romanos Principes connubio transtulit;

Angelicas hæcse virtutes, Angela hac

Cœlestes adepta thalamos, transtulit ad Cœlestes:

Vixit annos LIII. menses IV. dies X. horas XVIII.

Obyt anno Sal. clo. I. CXI. VI. Kal. Decembris.

Sequitur Regij Consiliarij Iacobi Caputgrassi tu-
mulus, circa quem legitur.

Hic iacet Dominus Iacobus Caputgrassus de Salerno
Iuris civilis Professor, Regius Consiliarius, & familiaris,
ac Curia Vicaria Regni Index: obiit anno Domini
M. CCC. XL. Die Dominico penultimo Iulij VIII. ind.
cuius anima per misericordiam Dei requiescat in pace.
Amen.

In Ara Maiorum de Granito iacet Matthæus Pre-
ful dignissimus, à Cauensi Episcopatu ad Amalphianam Ecclesiam positus: vbi suo Capitulo legata
pecunia pactus fuit, vt singulis diebus, in fine Cople-
torij decantetur Antiphona Salve Regina: magno
namq; amore erga Deiparam Virginem flagrabat:
virtutum omnium sapientia claruit, habetq; in mar-
mo reo tumulo hoc epitaphium.

Matthæo Granito Cauensi primùm, mox Amalpitan-
no Antistiti, Io: Aloysij filius, qui morum nobilitati, virtu-
tibus, ac litteris suam addidit: sublatus anno etatis LIX.
die May XXX. anno M. DC. XXXVIII. Adiacet filio
Orinthia de Afflito Casaris V.C. & Vittoria ex Fuscis
Rauello genita extincta, anno etatis LXXV. die XXV.
Augusti M. DC. XXXV. Matri, Fratribq; dulcissimis.
Franciscus Antonius amoris, ac doloris hæres. P.

In altera Sacelli parte legitur.

De Rebus Salernit. 51

Ioanni Angelo Granito V. I.D. Patritio Salernitano
Matthæi Archiepiscopi Amalphitani ex fratre nepoti:
Huius Metropolis Canonico Cardinali Diacono,
Tum Presbytero: mox eiusdem Ecclesie Archidiacono,
Vita integrissima, morumq; candore præstabilis,
Mortalitati iam defuncto,
Æternitati autem viuenti,
Canonici Cardinales ex aſſe hæredes
Hoc gratia amoris monumentum posuere:
Obianno Domini M. DC. LXIX. Kal. Decembris
Ætatis annorum LXIII.

In ara Dominorum de Vicarijs marmoreis lapidi-
bus fabrefacta, ad illius bases hæc insculpta le-
guntur.

Ioannes Cola Vicarius Patritius Salernitanus Vica-
riam ſupra XX. annum, publicè iura Ciulia interpre-
tando, familie proprium decus, dignitatem adeptus,
Aram hanc D. O. M. Sacr. posuit.

In altera verò base habetur.

Perfectus, & purgatus hinc exiens habitabit cum Deo.
In Follerij Cappella legitur.

Petrus Follerius

E Sancto Seuerino Oppido Patritius

Et I. C. V. S. F. & suis D. M. F.

In Sacello Dominorum de Rogerijs legitur.

Ioannes Franciscus Rogerius humana varietatis exē-
plum, hic iacet If. duarum filiarum felix pater, dum
earumuni demortua iuxta ſoluit, alteri viua ſponsalia
enaturit: luctum ipſe reponſie: at male ſuperſite tam
filia, quam uxore ſuorum inter exequias et nuptias eiula-
tu: quem ex obitu filie dolorem ſuſcepereat ſai desiderio
filie relinquit, & auctum ex gemino vulnere transmittit.

52 Histor. Epitome

ad Vxorem domesticæ calamitatis heredem

Hem humanarum rerum ludibrium? Nil in vita, nisi mori certum, & quotidie morientibus constat, prater inconstantiam nihil. Morit. Deipara P. anno C^o.I^o.C.
Natus anno XXXVII.

Circa sepulchralem lapidem conspicitur.

Vritella Curiali nobilitate, pudicitia, ac fortitudine Matrone insignis,

Loysius de Rogerio perpetuo tristis Vxore concor.
Anno M. D. XXV.

Septentrimonem versus propè paruam ianuam, in quodam tumulo hæc insculpta videntur.

Hic iacet Magnifica mulier Domina Marquisia de Baucio Comitissa Miletii, & Terrenona, qua obiit anno Domini M. CCC. LXVII. die XX. mens. Septembbris VI. Ind. cuius anima requiescat in pace. Amen.

In Cappella Dominorum de Agello, nunc de Cioffi familia sub titulo glorioissimi Diui Antonij de Padua supra pergrandem Vrinam ad parietes legitur.

D. O. M.

Riccardo de Agello Matrb. M. Sicil. Cancell.

Fil. Nicol. Archiep. Salern. frater

Agelli Comiti Arendensium Domino Saler. Patriotio
Innoc. III. Honor. III. M. P. VV. II. Reg. Feder. II.
Imper. & Constan. marris

Gratia potenti, à quo aucta familia subinde extulit.

Ricc. Agelli Comitem Ricc. M. Regni Senescal. Ricc.
equitum Praefectum

Ricc. Hydruntinorum Ricc. principatus, Philip. Cabr.
Prorege

Ricc. Matthai Ricc. Regni Maresciallus Caroli III.
Signiferum Bal-

De Rebus Salernit. 53

Balther insignitū militem Regni status Cōfiliarios VI.
Regiae domus Magist. Iustit. M. Cābel. Magist. Ostiar. III.
Senescal. Prothon. Cambellanos V.

Oppidorum Dominos XVIII.

Franciscus Cauensis, mox Tudertinus Episcopus;
Antonius Barens. Archiep.

In hic templo cuius Sacerdotium ab eo opibus auctum
eius merita

Quotidiano, & anniversario sacro colit CCCC. post
annos

Herules nepos DD. L. M. anno salutis M. DC. XIV.

Ergo ne pro meritis natum tibi soluere tantis

Hoc præter marmor nūl potuisse pater:

Marmoris ab saltēm licuisset sumere formam,
Nam mea pro tumulo viscera sola forent.

Carolo Ayello Patr. Salernitano V. I. D.

Lælius filius obseq; & huins Sacra ædis Archidiaconus
multis cū lachrymis pos.

Anno Salutis cl. I. LXXI. VIII. idus Aprilis.

Pergrande, ac ornatum Sacrarium ex parte Se-
ptentriōnis est constructum, in quo adseruantur:

Ampulla Christallina, in qua sunt Capilli B. M.
Virginis:

Tabernaculum Chryſtallinum, in quo est Digitus
index S. Catharinæ Senensis:

Tabernaculum Argenteum cum Maxilla S. Ge-
minian.

In aio consimili Tabernaculo adest Manus S.
Anastasie.

In alio argento Tabernaculo conspicitur Bra-
chium dexterum Sanctissimi Apostoli, & Euangeliste
Matthæi.

In

In quedam Calice aureo adest signum sanguinis consacrati, qui remansit, dum Sacerdos quidam celebrans de tanto Sacramento dubitauerit, non solum dum biberit, in fide fuit confirmatus, sed ad cunctorum tollendum dubium, Calix sanguine maculatus, usq; ad hodiernum diem permanet, nec unquam ab ipso tolli potuit.

In argentea Cruce adest quædam pars Ligni Crucis Domini nostri Iesu Christi, ac Dens S. Matthæi Apostoli, & similiter Dens S. Iacobi Minoris: exhibita à Roberto Guiscardo, quam pugnando prius ferre secum solebat.

In consimili Tabernaculo adest Lignum Sanctissimæ Crucis nostri Redemptoris, quæ multis fulget miraculis. Die namp; Parasceuensi anni M. D. XXV. cum manè adorabatur, ac ex antiquo ritu Ecclesiæ Sanctissimum Lignum ostendebatur: Berardinus Naccarella Salernitanus dubitans, an ex vero Crucis Ligno esset? inquit Ehu quid si Christi Crux Mons ipse Vesuvius fuisset: quibus expletis verbis, statim obmutuit, sicq; diu permansit: præcedente verò nocte Veneris Sancti, Senex quidam ei præcepit, ut summo mane ad Ecclesiam proficeretur: ubi de Sanctissimo Crucis Ligno dubitauit: ibi suæ incredulitatis se pœnitere deberet, ac Deum Redemptorem, qui in ligno pependit, rogaret, ut ipsum liberaret, ac exaudiret: ad Ecclesiam se contulit, suiq; erroris se pœnituit, multis lacrymis humi prostratus: dicente Archiepiscopo, Ecce lignum Crucis: alta voce Berardinus protulit verba: Ecce lignum Crucis: & ob tam egregium miraculum, Organum, ac Campanæ omnes sonitum maximo cum gaudio edidere,

De Rebus Salernit. 55

vt (a) Marcus Antonius Marsilius Columna, ac (b)
Girardus scripsere.

Ante altare vbi SS. Reliquiæ adseruantur Lucius
Cardinalis Sanseuerinus cum hac inscriptione hu-
matus iacet.

Lucio S. R. E. Cardinali Sanseuerino Salernitano Ar-
chiepiscopo, non minus virtutum omnium omnibus cha-
ro, quam familia splendore, claro vincenti, humili loco,
humile sepulchrum iubenti: D. Aloysius Sanseuerinus
Eisiniani Princeps ex fratre nepos posuit X XV. Decem-
bris M. DC. XXXIII.

Sub Androne ipso superiori ex utroq; latere per
marmoreas scalas graduum vigintiquinq; circiter de-
scenditur in magnificam, & conspicuam Cryptam,
varijs Euangelicis historicis pulchra colorum va-
rietate depictam, ac deauratam, longitudine vlna-
rum quidraginta, latitudine viginti.

In maiori altare in medio collocatur Apostoli, &
Euangelistarum Matthei Patroni corpus integrum, ex-
cepto dente, ac brachio, quæ in superiori Sacrario
seruantur: venerabili religione, humili reverentia,
maximq; cultu veneratur, à quo cœlestis liquor, scilicet
ut dicitur Manna, emanat: antidotus tamquam cœ-
lestis ad morbos omnes propellendos, qui Diuinus
liquor peregrinus semper emanat, nam modica, aut
nulla quantitas reperitur: illustroribus tamen adue-
nientibus viris, ac devote illam potentibus, abun-
danter huenitur, assidueq; sic obseruatur, vt refert
Marcus Antonius Marsilius Columna Archiep. Sa-
lern. (c) quo in loco, vbi Apostolus iacet, nephali
sacrilegi, non solum multas lampades, ac can-
cellos argenteos, (vnde Sacra Reliquiæ spectaban-
tur)

(a)
Loc. cit.
(b)
Nel suo Dia-
rio.

(c)
De vit. &
gest. B. Mar-
thi. Apoll. cap.
XII.

56 Histor. Epitome

tur) sed etiam craterem pensilem, vbi colligebatur manna, abstulit , necnon fistulæ partem , qua liquor ille pretiosus in superiore locum ascendebat: nunc per dictam fistulam palmorum sex supra genu positam , vt creditur , sacer liquor exalans , ex se intra craterem colligitur : pretiosissq; alijs Reliquijs dicatum altare est exornatum.

Catholicorum Regum munificentia hoc subcorpus miro artificio conditum, ac vndiq; venustè decoratum conspicitur. Septentrionem versus ex marmore hoc legitur epitaphium.

Apostolo, & Evangelista Matthao
Victori Idolorum Victori superstitionum,
Offibusq; eius saluberrimum humorem manantibus
Aram bifrontem, Statuamq; aneam,
Totumq; Cryptoporticu[m] maculoso marmore splendidam
A Regib. Hisp. Phil. II. & III.

Largitione p[re]ciosissimam deuotam
Ferdinandus Ruiz de Castro Lemensis Com. Pror.
Adnitente Catharina Zunica magnae mentis fæmina
Pietate in Dinos, obsequio in Principes, amore in Coniuge

Protinus inchoat, euehitq;
Pariliq; studio Io: Alph[ons]us Pimentellus Beneu. Com. Pror.
Prosequitur

Donec D. Petrus Fernández de Castro Lemensis Com. Pror.
Acri aggressus impetu Diuum Religionem iussu Princ.

Orta Parentum
Absoluit, ac Religiosissimè inuisam D. D.
Anno cl. lcc. XVI.

Tria in dicta crypta numerantur altaria: vnum
B. M. Virgini dicatum ex parte Septentrionis , in
quo quamplurimæ adsunt SS. Martyrum, Confesso-
rum, ac Virginum Reliquiæ.

Alia ad

De Rebus Salernit. 57

Aliud altare in honorem SS. Martyrum Fortunati, Cai, & Anthes fuit construētum, in quo eorum contumulata corpora requiescunt: translata ab Episcopo Bernardo anno CMXL: non procul ab Urbe, in loco vbi Priapi fœdissimum, ac turpe Delubrum fuerat: vbi Leontius Proconsul illos capite plecti iussit, aubusque, ac bestijs deuorādis relinquuntur: at quia indignum videbatur, gemmas, pretiosasq; margaritas extra mœnia longè abesse, ideo ut propria, magisq; propitia pro Salernitanorum tutela esent, intrā muros SS: corpora deducenda existimauit: deducta à dicta propria Ecclesia iuxta flumen Lirnus appellatum, vbi diū regnuerant, sub Diocletiano Imperatore, ac prædicto Leontio, die 27. mensis Augusti martyrij coronam acceperunt, vt (a) scripsit Abb. Vghellus. In hoc altari multæ Sanctorum, ac Sanctorum Reliquiæ requiescunt, & non procul ab ipso marmorea, & decurtata columna, supra quam eorum capita obtruncata fuere, conspicitur; in qua SS. Martyrum sanguinis ebullitio persentitur, ad quorum honorem tres æneas Statuas Almum Salernitanum Collegium faciendas perquæmpulchre curauit.

(a)
Tom. 7. Ital.
Sacr. de Epis-
co. &c Ar-
chiep. Saler-
nit.

Alterum verò altare positum est ad honorem SS. Confessorum ex parte meridiei, in quo venerantur corpora Confessorum B. Bonosij, B. Gramatij, B. Veri, B. Eusterij, B. Gaudiosi, B. Valentini (omnes Salernitani Episcopi) BB. Confessorum Elpidij, Cionis, & Elpicij, B. Valentiniani Confessoris, atq; Pontificis, B. B. Confessorum Cyriaci, & Quingelij, innumeræq; ac præciosæ Reliquiæ aliorum Sanctorum, q[uod]uorum omnium Pontificia autoritate in-

Ecclesia Salernitana officia celebrantur.

Ornatum vndiq; hoc subcorpus conspicitur non solum marmoreis, & porphyriacis lapillis, sed adhuc per pulchris picturis. Nec dictum Almum, & Hippocraticum Medicorum Collegium in dies deficit, nec in posterum deerit hanc Sacram exornare Cryptam. Nullum namq; fuit temporis spatiū, in quo per Apostoli merita, immensa non fuerint illi collata, beneficia. Quapropter Prior, Promotor, & Doctores dicti Almi Collegij in perpetuum, & successuē intrantes in futurum ad honorem Dei, & Protectoris Apostoli singulis annis integrum depositum, vnius Doctoris dare voverunt sub die 30. Iunij, expendendum in ijs rebus, in quibus maior pars Collegij expediri iudicauerit pro cultu, & veneratione inferioris Ecclesiæ, aut altaris, vbi Sanctissimi Apostoli requiescit corpus. Sic ex publico instrumento stipulato manu Notarij Matthæi Francisci Gaeta de Salerno die 8. mensis Aprilis 1663.

Affiduè quidem Euangelista Matthæus Salernitanus Vrbis est Defensor, anno 1544. die 27. Iunij, cum Ariadenus Barbarossa Dux Turcarum Classis Archipirata insignis, quem Maximus Imperator Carolus V. celebri victoria è Regno Tuneto, ac ab vniuersa Africa fugauerat: infinitum ferè Christianorum numerum liberando: Ariadenus autem ille insatiabili vindictæ rabie, ac barbara crudelitate accensus, Salerni vastationem aggreditur: ære namq; sereno, tranquilloq; æquore valida tēpestas orta est: ita ut agitata, prærupta, ac inter se penitus confracta classe (Apostoli custodia) Pirata perterritus aufugit: armati etenim Milites in maximo numero supra do-

De Rebus Salernit. 59

morum testa, ac Ciuitatis muros visi fuere : Barbari
verò amentes, horrereq; pleni, ac perterriti classem
totam statim dispersam, ac fugatam inspexerunt. Ob
cuius victoriæ memoriam Salernitana Ecclesia sin-
gulis annis, vsq; ad hodiernum diem, ex Pontificia
autho ritate tam Missam, quam Officium solemni
Ritu celebrat, & processione totius Cleri, & Populi;
B. Matthæi, ac aliorum SS. Reliquiæ honorificè, &
reuerentè circumferuntur per Ciuitatem, Apostoli
namq; peculiari patrocinio liberata fuit, vt Marcus
Antonius Matsilius Calumna (a) Abb. Vghellus
(b) narrant : nec non in Salernitano Officio ha-
betur.

Perrcelebre, ac Reuerendissimum huius Metropo-
lis Capitulum constat ex tribus Dignitatibus. Pri-
ma quarum post Pontificalem Archidiaconus ap-
pellatur, qui prælatitio habitu cum rochetto scili-
cet, & mantelletta nigri coloris in Choro, & Eccle-
sia assistit : Secunda Dignitas Cantor nominatur.
Tertia verò Dignitas Primicerius dicitur : cum Ca-
nonicis quatuor Diaconis, & Presbyteris viginti-
quatuor omnes cum præbendis. Canonici Cardi-
nales ex antiqua eorum fundatione nuncupati, & in
bullæ eorum Canonicatus adhuc à Summo Pontifice
Canonici Cardinales appellantur : rochettis, ac
mozzettis ijsdem vtuntur, quibus Eminentissimi Car-
dinales induuntur coloris vulgo Cremesino : tem-
po re vero Quadragesimæ, Aduentus, Vigiliarum, in
Anniversarijs, Exequijs, ac in ferijs sextis violaceis
mozzettis vtuntur : habitu namq; rubei coloris, ac
Cardinalitio titulo ab immemorabili dictum Reue-
rendiissimum Capitulum fuit insignitum, & à San-

(a)
*In vita B.
Matthæi.*

(b)
*In Ital. sacro
de Episc. &
Archiep. Sa-
lernit.*

13. Presbiterij
et Diaconibus
Cardinalibus et
diaconis Salerniti-
næ, regis Ma-
jachium ne Ca-
thedralij Ecclesie:
ap: p. 257.
et de Cerco
Peychali: cum
dem Majori: 12

60 Histor. Epitome

sto Pontifice Gregorio VII. confirmatum, dum Salerni commoraretur, plures hic Pontificias functiones exercuit: necnon multos S.R.E. Cardinales creavit.

Possident hæ Dignitates, ac Canonici vsum Mitræ ex serico vulgo *Damasco* in singulis Ecclesiasticis functionibus, absq; loci, vel temporis limitatione. Similiter in solemnibus processionibus, & præcipue die corporis Christi ferunt Mitras in capite, sicuti eodem die antè Summum Pontificem Eminentissimi Cardinales vtuntur: & hoc ex antiquissimis priuilegijs, & concessionibus, necnon cum bulla Lucij III. anno M. C. LXXXIII. ac Pauli II. M. CCC. LXIV. confirmatum.

Canonicatus singulos vacantes per totum annum circulum semper ab immemorabili dictum Reuerendissimum Capitulum prouidebat: at post regulam cœstauram Apostolicæ Cancellariæ emanatam per felicem memoriam Clementis Papæ VIII. quamuis diu, & magno labore causa in Romana Curia agita ta fuisset: Capitulo fuit interdicta prædicta electio per totum annum, tantum ei facultate relicta, prouidendi, fuit Canonicos dumtaxat in quatuor mensibus ordinarijs eligendi, ceteris vero octo mensibus prouidentur Canonicatus à Sancta Sede Apostolica, sicuti etiam prima Dignitas.

Affiduè Choro, ac dictæ Cathedrali Ecclesiæ affi stunt Hebdomadarij decem cum mozzettis violacei coloris, dum rubeis vruntur Canonici, qui quando violaceis induuntur, nigris tunc Hebdomadarij vtuntur, & hi alternatione ab Archiepiscopo, ac à dicto Capitulo eliguntur, & pro eorum laboribus quotidiani distributionibus ad certam summam fruuntur.

Præ-

De Rebus Salernit. 61

Præclare Seminarium maiori Ecclesiæ adhæret,
in quo wigintiquatuor Alumni Ciuitatis, ac Dioce-
sis instruuntur.

Clercus in Ciuitate , & Dioecesi numerosus con-
spicitur .

Archiepiscopus verò, qui Summo Pontifici à Ca-
tholica Maiestate præsentatur, Primatū, vt diximus,
in Regno tenet, vt (a) Freccia scripsit, & habetur in
bullia Urbani II. de primatu Archiepiscopi Salerni-
tan: sub anno M. XCIX. XIII. Kal. Augusti: datum
Salerni , vt (b) Marcus Antonius Columna scripsit,
qui non solum tali numerofo Clero præst, sed etiam
suffraganeis Episcopis, nempè Acernenſi , Campanienſi,
Caputaquenſi, Marsicenſi, Nucerino, Nusca-
no, Pollicastrenſi, & Sarnenſi: habet adhuc sub se sex
Consistoriales Abbatias in Commendam conferri
solitas scilicet Sanctæ Mariæ de Vetero , Sanctæ Ma-
riæ de Tobenda, Sancti Petri de Ebulo, Sancti Bene-
dicti , Sancti Petri de Cursina, Sanctæ Mariæ Matris
Dominii, & Prioratum Sancti Leonis.

Olim similiter Archiepiscopus feendum Olibani ,
Montis Corbini, Castellutij, Montis aurei, ac aliorum
locorum possidebat : pro quibus in Regia Camera
Summaariè cum Regio Fisco lis controvenerit: re-
gales cedulæ felicis memoriar Philippi II. III. & IV.
plures adsunt ad Archiepiscoporum instantias, qui
à plerisq; huius Regni Regibus luculenter preroga-
tiuis, gratijs, ac priuilegijs cumulati fuere.

Quamplurimæ in Ciuitate numerantur Ecclesiæ,
præsertim Templum Sanctissimæ Virgini Annun-
tiationi ddicatum, ac à Ciuitate erectum, eiusq; Guber-
natoress de expositis pueris curam habent, aliaq; pia
operæ exercent.

(a)
Lib. de ſu-
feud.

(b)
In Conf. Sy-
nodal. 1578.

Martinus Freccia de
sub feudi l. I. p. 25 in 29
n. 29.

62 Histor. Epitome

Parochiales Ecclesiae multæ in Ciuitatē compuantur, nempē

Sancti Euphemij, cui est annexa parochialis Sancti Maximi.

Sanctæ Mariæ de Vlmis in plano montis construæ anno 1185. à Romualdo II.

Sancti Bartholomæi de Coriarijs in eodem loco,
Sancti Gramatij Episcopi Salernitani.

Sanctæ Mariæ de Lama à Canonico Iauuario Basile Parocho pulcherrimè exornatæ.

Sancti Andreæ de Lauina munificè instaurati à Canonico Ioanne Quagliarello cius Parocho.

Sanctæ Lucia, cui est vnta Parochialis Sancti Viti ad mare extructæ, satisq; exornatæ à Ioanne Farao ~~de Faraus~~ Cantore Cathedralis Ecclesiae, cum hoc epitaphio humatus iacet.

Ioannes Faraus Parochus

Mortis memor

*Sepulchrum hoc viuens sibi paravit,
Quo ad vocem filij Dei audierit.*

Anno Domini M. DC. XVII.

Sanctæ Mariæ de Barbutis, cui est annexa Parochialis Sanctæ Mariæ de Platea, supra maiorem vero ianuam hæc leguntur.

*Hoc opus egregium Sacra quod creauit in aulam
Coniugis auxilio Dauferius condidit Heros.*

Sancti Matthæi Parui.

Sancti Gregorij, cui est vnta Sancta Maria de Portanova, & ad murum extra Ecclesiam Meridiem, versus hoc est scriptum Epitaphium.

*Anno Dominice Incarnationis M.C.LXII. Regnante
Dom. Vuijelmo II. gloriöfissimo Rege Sicilie, Ducatus*

De Rebus Salernit. 63

*Apuliae, ac Principatus Capu.e, anno VII. Robertus Guar-
na Frater Romualdi II. Venerabilis Salernitani Archie-
piscopi, fecit construi hanc Ecclesiam ad honorem B.
Gregorij.*

*Sanctæ Mariæ de Dominabus sub Gisulpho, &
Ioanne eius filio, anno CM.LVII. constructæ.*

*Sanctæ Triphomenæ, cui est annexa Parochialis
Sancti Ioannis foeminarum.*

Sancti Angeli de Marronibus.

*Sanctorum Apostolorum templum non parum
decoratum à Canonico Parocho Ioanne Carolo
Bottiglierio, & à Hieronymo eius germano similitèr
Parochœ, ambo integerimæ, ac conspicuæ vitæ.*

*Sancti Ioannis de Cannabarijs, cui sunt vnitæ Pa-
rochiales Sanctæ Mariæ Ortimagni, ac Sancti Ioannis
Caprarum.*

*Sanctorum Petri, & Pauli de Cammatellis extra-
muros, olim Cruciferorum Cœnobium.*

*Sanctimonialium verò septa quatuor sunt in Ci-
uitate constructæ, scilicet Sancti Georgij Ordinis
Sancti Benedicti, in cuius pulcherrimi templi facel-
lo maxima cum veneratione requiescunt corpora
Archelaiæ, Teclæ, ac Susannæ Sanctorum VV. & MM.
in decima persecutione apud Diocletianum, & Ma-
siminianum à Leontio Proconsule circa annum 293.
morti dicta, ut Paulus Regius (a) refert, necnon ha-
betur ei proprio Officio dictarum Sanctorum, qua-
rum vita laconicè in hoc epitaphio ab eruditissimo
Fabritio Pinto describitur.*

*Archelaïs, Tecla, & Susanna dum è mortis manibus
exadere putant, Romam deserunt, inter Leontij ungues
Christi orzes propè Nolam ei occurrunt: ubi post saua
quam-*

(2)
*Nella Vita
di S. Arche-
laa V. e M.
nel cap. 2.*

quamplurima tormenta, aureis redimitæ fertis, ac Thy-
reis præcinte Palmatis Togis, suis decoloratis cruxibus,
in Paradise Capitolium Martyres triumpharunt. Saler-
num tandem mirificè pergunt, ut in Ciuitate Hippocra-
tica, Archalais, quæ salus interpretatur omnes suis curet
miraculis, & hic concluso in horto Benedicti candidis,
illibatisq; lilijs, tam suauiter redolentibus purpurea co-
mitarentur Virginæ Rose.

In eiusdem ordinis Sanctissimi Patris Benedicti
Monasterio sub titulo Sanctæ Mariæ Magdalenaæ,
cuius Sacellum fundauit Iacobus Scillatus nobilis
Salernitanus, hæc incisa leguntur.

*Nobilis hæc iuuenis puicher recubat tumulatus
Scillatus genere, Iacobus fuit ipse vocatus:
Obtulit altare tibi Magdala Sancta dicatum,
Rebus donatum, veniam parcendo suorum
Moribus ornatus, & mundus crimine vixit:
Pauperibus largus, oculos ad cælum fixit:
Parce Dei ratum, sibi remittendo reatum
Ut tibi dignetur, ignosce qui misereatur.*

A. D. M.CCC.X. die ultimo mensis Nouembris IX. Ind.

Beatæ Luciæ Virginis de nobili stirpe progenitæ
in partibus Calabriæ in Ciuitate Calathagerone
venerabili cultu in dicta Ecclesia corpus adserua-
tur: cuius officium Pontificia autoritate in supradi-
cto Monasterio celebratur.

Alterum verò Cœnobium dicitur Sanctæ Mariæ
Pietatis sub Seraphici Patris Francisci Ordinis Mi-
norum Conuentualium regula.

Aliud deniq; est Monasterium Sancti Michaelis
Archangeli similiter sub dicta Regula Patriarchæ
Francisci Ordinis Minorum Conuentualium.

De Rebus Salernit. 65

Cöterum pro pauperibus Virginibus Conseruatorum extat sub titulo Sanctissimæ Virginis Catharinæ Senensis Ordinis Prædicatorum.

Cœmobia Virorum diuersarum Religionum multa numerantur: Monasterium scilicet Sancti Benedicti Oliuetanorum: Gregorij Consulis Patriij Romani iussu anno 694. constructum, ut (a) constat, in quo Cœnobio miraculosa, ac deuotissima Sanctissimi Crucifixi Imago conspicitur: apud quā conuersio illa mirabilis accidit celebris Necromantiæ Professoris, ac nobilissimi viri Petri Bayalardi, siue Barliarij, seū Baliabardi, ut in vetustis scripturis hæc familia legitur: eo enim absente, paruuli nepotes magis ad appertis libris characteres, ac diabolicas effigies delentes, & conspuentes, ab iratis Dæmonibus suffocati fuere. Domum Petrus reuersus, hæc videns, Diuina excitante gratia, cum prioris vitæ pertæduisset, crematisq; nefandis, ac diabolicis libris, ad Diui Benedicti Ecclesiam se contulit pro delictorum veniam impetranda: antè Sacratissimam Crucifixi imaginem prostratus, abundè lacrymas profundens, peccusq; lapide incessanter tundens: Diuinam, ut sibi parceret, misericordiam implorabat: assidue in hac pœnitentia permanens, sæpèq; dicebat: *Domine hic non discedam, ni remissionis, & indulgentiae signum accipiam*: quod post triduum misericors Dominus largitus est, annuit enim Crucifixi effigies, inclinato capite ex tabula defixo, in qua Sacrostantum Caput depictum erat, sicq; remansit, & illæsa, ac intacta conspicitur: reliqua verò corporis pars corrosta appetit add hodiernum usq; diem, ob incolarum deuotionem, hospitumq; stuporem perseverat: Petrus ve-

(2)
Ex Arch. SS.
Trinit. Ce-
uenf.

66 Histor. Epitome

rò in die Parasceuen 25. Martij , anni 1149. emisit
spiritum : ibiq; humiliter humatus, & legitur.

Hoc est sepulchrum M. Magistri Petri Barliarj.

Conuentus Sanctæ Mariæ de Porta Ordinis Prædicatorum , per priùs nuncupata Ecclesia de Sancto Paulo de Palearia cum domibus, hortis, alijsq; adiacentijs: donantur à Matthæo de Porta Archipræsule Salernitano ob amorem , quem gerebat Venerabili viro Fratri Thomæ de Aquino eius Magistro Ordinis Prædicatorum : ac Religioso viro Fratri Eufranoni eiusdem ordinis carissimo Consobrino, sic ex instrumento rogato , sub die 15. Martij 1272. vt refert (a) Abb. Vghellus.

(2)
Tom 7. Ital.
Sacr de Epi-
sc. & Archie-
pis. Salernit.

Mirabilis Campanula illa à Sancto Angelico Doctore Thoma Aquinate in Cœnobij dormitorij parietibus collocata conspicitur , quæ nemine pulsante sonat: maximo verò cum terrore, quamquam non ab omnibus , sed modo ab vna , modo à pluribus personis sonus perfentitur , vti Sancto Doctori placet: præcedens ac infallibile mortis signum, siue Religiosi, siue Laici intra Conuentus muros existentii.

In cuius Sacré Aëdis Sacrario dextera manus, quæ hanc Campanulam posuit , & quæ tām multa scripsit , cum membranaceo Codice adhuc ab eodem Sancto manuscripto cōseruantur: nec non dicti Sancti Doctoris Bibliotheca conspicua , ac Cellula ad sunt .

A Seraphico Diuo Bonaventura, & à dicto Angelico Sancto, tunc in dicto Cœnobio, & Ciuitate Lectore , celeberrima inter Europæ vetustissimas , sub Concordum titulo fuit constructa Academia , quæ pro Stemmate in supradictorum duorum Sanctorum mea.

vide p. 222. da hac

Accademia P. Waylu
Istavir del Picane
3: Napoli. T. 1. p. 11.
p. 222.

De Rebus Salernit. 67

medio, Siringam effingit, eum Scommate; *Disparibus iunctis*: necnon alia insuper Academia, sub Rodium titulo, cum Stemmate frustuli marmorei effigiem simulacri habere incepti, malleum, & cœlum sub pedibus habentis, cum Scommate: *His delicatior Minerva*: olim à D. Juliano Bazichi nobili Pisano Primario Vespertino Interpretè in Salernitano Gymnasio, erecta.

Supra maiorem Ecclesiae ianuam legitur.

Anno Domini M. CC. LXXV. Ind. III. *Domina Regalis* filia Domini Eufranoris de Porta, & uxor quondam Domini Iacobi de Tricarico ad honorem Dei, & B. Mariae Virginis hanc Ecclesiam construi fecit.

In Chori verò parietibus sic in lapide habetur.

Hic iacent ossa Regalis à Porta
Ecclesiae huius fundat. ac suffic.
Donationis tempore B. Thomae Aquinatis
Ad præsens ope, ac pietate R.P. Fr. P.
D.N. P. Lectoris, ac Prioris in hac eiq;
Familia Cappella collecta
A. D. M. D. LXXXV.

In Sanctissimi Crucifixi Sacello inscriptum videtur,

Sanctissimo Nomi Dei
Struentem Sacellum
Marsici Comitem Rogerium
Tumulos

Aquinantem Thomasinum
D. Thomas & orores Mariam Marani Dominam
Pereditantem Doct. Angelici dextera Conuentum
Prefati coniugem Rog. Theodoram
Prior, & Fratres An. Dom. M. DC. XLII.
Memorarunt.

68 Histor. Epitome

In Ara familiæ de Auossa lapis hanc habet inscriptionem.

*Vespesiano de Auossa Salernitano Iurisprudentia,
Musices, Poeticae, omnium artium studiosissimo,
Vitaq; honestate præclaro,
Qui florida iuuentute deceffit.*

*Inopinatè moritur,
Impulsu dulciss.*

*Ioannes Camillus P. Ioannes Franciscus, & Cas. Patriit.
Sibi suisq; tantum P.
Anno Cl. I. XCI.*

Et alibi lapis ostendit.

*Carmelia Capp. se Pat. Romane
Matri optima, singularisq; Sanctitatis
Laurentius Belus Eps Caput. ii
Pompeius Belus Eps Bisinian.
Cæteriq; filij mæstissimi posuerunt,
Vixit anno LXVI.*

Obiit Salerni an. M. D. LXXIX. mense Decem. die xi.

Ordinis Eremitarum Sancti Augustini Conuentus adest, vbi olim Ecclesia B. Angeli fuit: à Reuerendissimo Capitulo vacuus locus Patribus Augustinianis anno 1309. die 6. Aprilis donatur:

In cuius Coenobij Claustro miraculosissimæ Virginis de Constantinopoli imago maxima deuotione veneratur, quæ anno 1453. primùm Salerni innotuit, postmodum in cæteras partes Sacrae Virginis de Constantinopoli deuotio propagata fuit: à Turcis namque capta Constantinopolitana Urbe fideles mercatores Sacras Reliquias, ac Venerabiles Imagines Barbarorum ludibrio subtraxerunt, & præcipue hanc supradictam Imaginem B. Virginis, nauiq;

im?

De Rebus Salernit. 69

impositam, Neapolim versus proficiscebantur: factoq; in sinu Pestano naufragio, ac naui ad littus Salerni elisa, cuncta deperdita sunt, paucō hominum numero superstite: obruitur Sacra Imago propè Ciuitatis mœnia: sedata procella Coemmentarius quidam, (ut est Ciuitatis usus) arenam in eodem littore fodient, casu Iconem circa supercilium ligone percussit, eodemq; momento illi brachia attracta sunt, immobilis permanēs, ad cuius eiulatus, & voces plurimi occurrentes, causatiq; inquirendo, effossa arena Sacra eruere Imaginem, à nautis superuiuentibus cogniti, quam è Cōstantinopoli abstulerant: Augustiani Patres propè æquoris littus ad Ciuitatis muros incolentes, tanto miraculo stupidi occurrunt: ad propriam Ecclesiam Imaginem deferre cupientes, illicò processionem disponunt (Coemmentarius ad fidelium preces à Sacratissima Virgine pristinæ restituitur saluti) cum psalmis, & hymnis progredientes: campanæ Ecclesiæ, nemine pulsante, festiuum edideie sonitum, & tunc in Sacello Sancti Spiritus de familia Mazza venerabilitè collocauerunt, ubi die sequenti reperta minimè fuit, sed in stabulo quodam, in quo Salernitani Principes eorum detinebant e: quos, qui ante Sacram Iconem genuflexi reperti fuere: denuò ad Ecclesiam Imaginem deferentes, illa iterum in stabulo fuit reperta, quod in Cappellæ formam Patres exornandam curauere, maximaq; deuotione à fidelibus assidue veneratur. Ex Sepulchrali lapide conspicitur Sacellum ob successionem possideri per V. I. D. Simonem Casii, natum Peritissimi Iurisconsulti Onuphrij.

In Divi Francisci Minorum Conuentualium Cœ-

no-

70 Histor. Epitome

nobio, ante templi fores insculptum legitur.

Conserues purum Pater Francisce Tafurum,

Quem uti deuotum reddant haec limina totum.

Regina Margarita de Duratio Serenissimi Landisla Regis Mater in dicto templo humata conspicitur in regali marmoreo tumulo, opera Antonij Baboso Sculptoris eximij, ut (a) Ioannes Antonius Summonte notauit cum his versibus.

I. Margarita cælos ubi fulgida vita

Scandito secura conducunt te tua thura:

Nam ibi Sacratum, terris Regina beatum,

Inlyta dimittis nomen, quod facula vittis,

Postera seruabunt liuonibus, & peramabunt,

Quadrigenitus it dum Domini duodenus

Annus millenus, sed non bis morte serenus

Augusti sexto, sed nonis lumine maesto

Cum Salvatoris celebratur festa decoris

Infert Regnis, Inditio quinta supernis.

Non procul ab hoc Regali tumulo antiquum Sacellum familie Cioffi reperitur, ex altera vero parte in quadam Vrna legitur.

Hoc est sepulchrum Magnifici, & egregii viri Domini Guillelmi de Agello militis de Salerno: Illustris Caroli II. Hierusalem, & Sicilia Regis, Magistri Hosteriarum, & Gambellani, qui obiit anno Domini M. CCC. XV. die XXII. Ianuar. XII. Ind. cuius anima requiescat in pace. Amen.

in eadem Ecclesia habemus in lapide.

Hic iacet corpus Matthai de Aiello de Salerno Regis Hospitii Senescalli, ac Prothonotarii Regni Siciliae, & M. Cancelleri qui obiit anno Domini M. CCCC. I. die I. mensis Septembris.

Mar-

(2)
Lib. 4. dell'
Hist. di Nap.

De Rebus Salernit.

71

Marmoreus adhuc in dicto templo seruatur lapis
Cæsarij filij Stephani Ducis Neapolitani, qui cum
Principie Ariche bellum iniit, illiq; dedit pro obside
Cæsarium filium pro pace obtainenda, at Genitore
viuente obiit, eiusque Elogia, ut scripsere Bartholo-
mæus Chioccarellus (a) ac Iulius Cæsar Capacius
(b) sic leguntur.

(a)
In Catalog.
Antif. Nea-
polii. Ecclæs.

(b)
Lib. 1. Hisp.
Neapol. cap.
12.

Cæsarius Consul teneris sublatus in annis
Hic recubat moriens, ve tibi Parthenope
Æternum medio gestat in pectore vulnus
Militibus perijt murus, & arma tuis,
Et mea, qui hunc genui nos vulnera flete parentes,
Qui sobulum cupitis tam bene sorte frui,
Sors mea deterior dulcis in funere nati
Cuius flamma meum pectus, ubiq; cremat:
Aptus erat cunctis in verbis, promptus in aptis,
Consilio solers, fortis ad arma simul,
Rex Roma præcelsa nouo, quo sceptra regnuntur,
Prætulit hac nostra ciuibus Vrbe suis.
Istus auxilio longæua paterna senectus
Tuta regebatur, iamq; quietus eram.
Virtus, ingenium, pietas, sapientia multa,
Ve cui cum genito, tot perire bona.
Sic blandus Bardus erat, ut fadra gratis
Seruaret Sapiens in uiolata tamen.
Consul post Praefat genitor monumenta paraui,
Qui fuerat curæ condere membra Patris.
O nihilo non proles tantum, sed Collega fidus,
Cui tantos linquis, quos tuus arsit amor.
Nutritus obses Arichis moderamine Sancto,
Saluasti Partiam per memorande tuam.
Sexi, quater, & binos hic iam trascenderat annos.
Cui

72 Histor. Epitome

Cui flamen Christo credit esse suum :

Vita senis tenuis, post nati funus acerbum,

Post illum paucis credo diebus eam.

Lux te præcedat Christi charissime fili

Sancte Ianuari, quod peto, posce Deum.

Depositus est XII. Kal. Oct. Imperante novo Constantino

Et Irene Aug. anno XIII. Ind. XII.

Arichis primus Salerni Princeps

Secum è Parthanope duxit Obsid. em

Cæsarium Consulem ob tributi cautionem,

Sic à Princ. 4. lapidem Salernum transtulit

Ladisl. Fichinaram maiori

At flamines posuere in sublimi M.

Humatus cum Sepulchrali lapide in dicta Eccle-
sia Cosmus Setarius iacet, & circum circa legitur.

Cosmo Setario in Decretis Doctori Rauellensi Pon-
tifici, qui agens annū LXII. obiit VII. Octobris M.D.VI.
Fratres posuere.

Et in Ecclesia Diui Laurentij Neapolis etiam Mi-
norum Conuentualium habetur.

Hic iacet corpus viri mag. Domini Ioannis Setarij de
Salerno militis Iurisciulis professoris Magnæ Reginal-
lis Curie Magistri Rationalis, ac in partibus Prouincie,
maiorumq; secundarum appellationum Iudicis, qui obiit,
anno Domini M.CCG.LX. die X.mens. Septemb. I.Ind.
Amen.

necnon legitur :

Ioanni Setario Neap. Pontificij, ac Cæsarei Iuris Do-
ctori celeberrimo, filij ob pietatem PP. obiit anno Domini
M. CCCC. LXXXVI. die VI. mens. Iulij.

Insculptum in marmore, ex altera Meridiei parte
sic videtur.

Hic

De Rebus Salernit.

73

Hic iacet corpus nobilis, & egregij viri Domini Angeli Caputscrupha de Salerno Medicina Doctoris, Militis, ac Insigni Regis Ladislani Physici, qui obiit sub anno Dominii M. CCC. VII. die XXVII. mens. Martij I. Ind. Amen.

In Ara Dominorum de Cauaslice legitur.

Sacellum hoc sive Republica vindicis Praecursori dicatum, vetustate propè diratum Alphonsius, Matthaeus Hieronymus, Ioannes Baptista, Abbas Vincentius, Ottavius Cauaslice, feliciore in orbe viuentis Antonij filij are familiariter restaurandum curarunt, anno Domini M. DC. XXXIII.

In cuius Pr. sapientia tumulo hæc insculpta habentur.

Nicolao Cauaslichen Civilis Potificij; Iuris consuleissimo

Hic ob fidem, prudentiam, morum integratatem,

Dum apud lo: Cap. Aragonius cuius familiaris iampridē

Erat causis audiundis praest. Neapoium oritur Ant.

Eius offibis in patriam ex testamento relatis

Fratre dulcissimo pientissime posuit. Anno Salutis

M. CCC. LXXXV.

legitur adhuc in dicta Ecclesia,

Hic iacet corpus nobilis viri Pacilij Manganařij de Salerno, qui obiit M. CCC. X. mens. Aprilis:

neconom alter Tumulus sic inscriptus videtur.

Hic iacet corpus Rev. in Christo Patris Domini Francisci Marchisij de Salerno Episcopi Triuentini . . qui obiit die Dominico XVIII. mensis Aprilis VIII. Ind. cuius anima requiescat in pace. Amen.

Subicorpus in hac Ecclesia reponitur, in quo Sacrum Oratorium Prothomareyris Stephani quam pulchre exornatum, cum domibus, ac pomario: anno 1586. erectum: magno cum studio à Religiosissi-

K

mis

mis Dominis fraterno amore coniunctis moderatum; vbi maxima cum deuotione varia pietatis opera, multa cum charitate pro Virginum, ac egenorum subfudio exercentur.

Monasterium Sancti Nicolai subtus aquam, quod dicitur della Palma à B. Leone 11. Sacri Monasterij Cauensis Abbatे, & à Lucio Vicecomite anno 1082. ædificatum, nunc est Conuentus Fratrum Minorum Obseruantiarum cum Valetudinario, in quo cuncti totius Provinciarum Fratres magna cum charitate curantur: in cuius Ecclesia in Diui Didaci ara humatus iacet Episcopus Rauellensis, hoc habens in marmore epitaphium.

D. O. M.

*Emilio Scattaretica Patriotio Salernitano Iureconsulto
Episcopo Rauellensi, innocentia, pietate,
& doctrina singulari,*

*Qui sanctissime confecto LV. annorum circulo
XI. Nouembris cl. l. X. mortalitatem deseruit,*

Immortalitati maturus:

*Flaminius Scattaretica Primicerius, & Salernitana
Metropolis Vicarius Fratri optimo .P.*

Meridiem versus in superiori parte, in Sepulchra-
li tumulo familiæ de Fensa legitur.

*Iura pares, & amor quondam nunc detinet Vrna,
Ut vivere simul, nunc simul Vrna capit:*

*Et Simeoni, Thomam, Matthäum iuris utrumq;
Consultum Fensam: mire probatus amor*

*Matthäus Franciscus de Fensa Ecclesia Salernitana
Can. Card..*

*Et Ioannes Hieronymus eius frater Almi Colleg.
Salernit. Doctoris, ne tam clara aut memoria*

Pia

De Rebus Salernit. 75

Pia vetustate cornueret, marmor hoc ita celan-
dum curauere.

In Divi Antonij Cappella in marmoreo Sepulchro
habetur.

Hic iacet corpus Magnifici Iacobi Villani de Salerno
Dominici Castelli Agelli.

Humatus Vincius Maffa in eius Sacello Sanctissi-
mæ Conceptionis iacet: quod ex successione nunc
possidetur à Nobili familia Dennice Ciuitatis Tra-
nai, cum hac inscriptione.

D. O. M.

Vincio Maffæ Præsuli Calaciensi Dei gratia,
et Sacr. Theolog. Doct.

Leeone X. Pont. Max. ob singularem doctrinam;
vita integritatem, & innocentiam quod XV. ann. Cardinalis
ab eis fuerat eruditus, ad Cardinalatus amplissimam
dignitatem accersito,

& ob eius immaturam mortem non consequito
Præsuli optimo Pyss. cui datu est in æde Caiacensi corpus
Beati Stephani, quod hactenus latuerat inuenire
Michael Maffa vir clarus, vita functo in sublimi F. C.
Anno post LXVI. Tridentini Concilij precepto
è sublimi in humili posito corpore, atq; integrè reperito
eum summa Populi admiratione, & pietate
odorum suavitate afflante.

Ioannes Baptista, & Abbas Sebastianus Maffa germani
fratres Iurisconsulti patris pietatem sequuti PP.
ann. M. D. LXIX.

Similiter in alia marmorea tabula huius Ecclesiæ
legitur
Thomae Simeonio Artium, & Legū Doctori præstatis.
dum etatis sua annorum XXXIII. ageret

*omnes coetaneos eius ingenio, atq; doctrina antecelleret,
publicè Salerni Iusclavile profitens cum summa
omnium expectatione.
liuoris gladio confossum est: interiit A.D. M.D.XXXIX.
mensi. Aprilis.*

*Vincentius Rugius eiusdem sororius
ob singularem amorem, quo viuente prosequutus est
eo mortuo: conditorum hoc proprio sumpiu
faciendum curauit.*

*Prope ianuam dicæ Ecclesiae ex Occidentis parte,
in marmoreo tumulo in sculptum conspitur.*

Alexandro Mazza Equiti Salernitano

Vicario Admiratus Regni Neapolitanæ,

Alexander Mazza Ano Mater nob̄ benemerenti.

*In Conuentu Sancti Laurentij Minorū reformato-
rum, quamplurimi morantur Fratres, vbi per pulchrū
adest Valetudinariū pro infirmis Fratribus Provinciæ.*

*Anno 1599. Fratres Capuccini in sublimiori Ci-
uitatis loco eorum Cœnobium fundauerunt, in quo
tunc parua erat Ecclesia sub titulo Sanctæ Mariæ
Consolationis.*

*Societatis Iesu Collegium à Ciuitate erectum
anno 1592. in septa olim Monialium Sanctæ Sophiæ
nostram Vrbem illustrat, suis cum Gymnasijs à Re-
ligiosissimis, non satis laudabilibus, doctissimisq;
Viris moderatum, ad iuuentutem litteris, ac pietate
efformandam, morum honestatem, vitæ integritatem
induendam, ad virtutes inferendas, & illam ad om-
nium scientiarum culmina eueniendam: dictumq;
Collegium in dies exornatur ob munificentiam
Marci Antonij Sabbatini, qui in Collegij Ecclesia
cum hoc epitaphio humatus conspicitur.*

D. Q. M.

De Rebus Salernit. 77

D. O. M.

D. Marco Antonio Sabbatino
Canonico Cardinali, ac Generali Vicario
Ecclesia Salernitana
de Societate Iesu benemerito
eadem Societas Iesu
grati animi ergo monumentum posuit
anno Domini clo. loc. LXVI.

Monasterium cum Ecclesia Sanctæ Mariæ Gratiarum à Canonico D. Philippo Marotta, anno 1508. fuit construatum, ac dotatum, vbi resident Fratres Diui Hieronymi ordinis Beati Petri de Pisa.

Nec Beati Ioannis Dei Fratres pro egenorum infirmorum subsidio cum eorum Xenodochio maximam erga ægrotos charitatem exercere desunt.

Cum ad Galliam Diuus Franciscus de Paula esset profecturus, Salernum venit, in Dominorum de Capograsso domibus hospitatus fuit: Regis Ferdinandi, & Christianissimi Oratores inuenit: & è Civitatis ianuis exiens, Ecclesiam quandam propè Vrbis muros respiciens, socijs inquit: hic debet esse Conuentus nostri Ordinis, sic Pater Isidorus Toscana (a) scribit: anno 1516. à munificentia tunc Principis Salerni, Minimorum Religioni dictus locus Sanctissimæ Annuntiationis antiquæ, seu Sancti Bernardini fuit donatus, extra Bussanulæ ianuam, & vbi nunc Ecclesia, ac Minimorum Conuentus conspicitur.

Extrà Vrbis mœnia Orientem versus adest Monasterium Congregationis Cœlestinorum, vbi plures Sanctissimi Pontificis Petri Cœlestini venerantur Reliquiæ.

Postmodum videatur Conventus Carmelitarum,

an-

(2)
Nella Vii. dī.
S. Franc. dī
Paul.

78 Histor. Epitome

antiquæ obseruantiae in plano Sancti Laureatij, à fundamine erexit ab Archiprælule Salernitano Mario Bolognino, ut lapis luppæ templi ianuam ostendit.

Marius Bologninus Bonon. Orian. Archiep. Saler. De-notiss. Sanctiss. Virg. Carmel. Relig. huc adduxit, Ecclesiam extruxit, donis auxit, & censu an. M. D. XC VIII. In Sepulchrali tumulo duci Antistitis legitur.

Ill. ac Reu. D. D. Marij Bolognini Archiep. Salernitan. Regijq; Consiliarij, sponsam, qui suam sanctis exornauit sanctionibus, monitus efformauit cœlestibus, druinisq; munivit instructionibus, cuius nimia deuotio in Deiparam Virginem Carmelitici Ordinis præcipuam Matrem, Carmelitas huc adduxit. Ecclesiam hanc extruxit, Conuentum fundauit, donis, redditibusq; fecundauit, non anima onusq; meritis petivit Olympum: sed corpus, PP. Carmelita eius implentes vota, huc transferri, & tumulari curarunt.

E' direto eius N. pos Alphonsus cum hoc epitaphio tumulatus conspicitur.

Ad. m Perill. m Alphonsum Bolognatum Ill. D. Marij Bolognini Nepotem, morum honestate grauem, charitate flammantem, & zelo in B. Deiparentem Virginem Carmeliticam deuotum, iumentute probata, senem virilitate innocentii florentem, qui a Patruo, cui sanguine dum viueret, & dilectione fuit coniunctus, corpore post obum noluit esse seiuetus, PP. Carmelita eius testata satisfacientes voluntati, hoc marmoreo tumularunt Sepulchro.

In Sacello de familia Gattula legitur.

Mattheus Philosophia, & Medicina Doctor
Horatij Gattula Almi Collegij Promotoris filius

Hic

De Rebus Salernit.

79

Hic iacet


Ioanna de Martia dolens ex gemino vulnere:
antea infelix uxor, mox nimis agra mater
multis cum lacrymis pro dulcissimo filio
sibi, posterisq; suis, ac viriq; familiae sepulturam parauit.

A. D. cl. Ioc. XV. M. Ian.

Multa in dicta Ciuitate reperiuntur Templa, Ora-
toria, Laicorum Sodalitia, ac pauperum Montes
præsertim Sacri Oratorij Sancti Stephani, in quibus
maxima cum charitate multa pietatis opera, ut dixi-
mus, exercentur.

Nec pro pauperibus, & infirmis Xenodochia de-
ficiunt: ergo iure in nostra Vrbe magnoperè Chri-
stianæ Religionis obseruantia resulget.

Demum amplissimæ Salernitanæ Dioecesi Oppi-
da olim multa non solum in spiritualibus, sed adhuc
in temporalibus subiecta erant: nunc verò suæ Dio-
ecesis loca sunt Ebulum, Castellutium, Olibanum,
Monscorbinus, Gifonum, idest Vallis, & Plana, & sex
Casalia, Sanctus Cyprianus, Castilionum, Sabba,
seù Pinta, Sanctus Seuerinus, Caluanicum, Sanctus
Georgius, Roccapimontis, Monsaureus, Solofra,
Serenum, Forenum, Sanctusmangus; cum Filetta, &
Pedemontio, Aquamalorum, Coperchia, Olearia,
Pastina, multaq; alia Casalia Ciuitatis Salerni.



De

80 Histor. Epitome

Mlosca dñm regit
catalogum epo. sa-
lern. primū de Sanay
antiquis, inde de aliis
seym nominatur.

De Episcopis, & Archiepisco- pis Salernitanæ Ecclesiæ.

C A P. VII.

(a)
In Catalog.
de Salernit.
Eccl. Episc.
& Archiep.
(b)
Tom 7. Ital.
Sacr. de Epi-
sc. & Ar-
chiep Saler-
nit.

EPISCOPALEM olim Salernitanam Ecclesiam fuisse, nunc vero Metropolitanam esse assertimus, cuius Episcoporum, ac Archiepiscoporum Chronicus Index sequitur: de quibus singularis nil libet dicere, cum abunde de illis Gaspar Musca, (a) ac Abb. Vghellus (b) mira cum arte scripserint.

Antistites Episcopi.

An. à Christonato.

In Concilio I. Romano
nabito an: 499. sub sim.
nalo s. p. reverentur Sacer-
dotes Salernitanus &
p. i. p. in collectione
Coroniorum.

- | | |
|------|--|
| | 1. Sanctus Bonosius. |
| | 2. Sanctus Gramatius. |
| | 3. Sanctus Verus. |
| 500. | 4. Sanctus Eusterius. |
| 534. | 5. Sanctus Valentinus. |
| 652. | 6. Sanctus Gaudiosus. |
| 680. | 7. Gaudentius. |
| | 8. Asterius. a 536. asterius mississ legate
Cpim. a 5. agustino s. c. |
| | 9. Luminosus. |
| | 10. Ioannes. |

Luminosus ep. Salen
subscribitur in Concilio
III Romana Laetevanensi
sub Martino i.

700. p. 26

De Rebus Salernit. 81

An. à Christo nato.

- | | |
|------|------------------------|
| 700. | 11. Zaccharias. |
| | 12. Columbus. |
| | 13. Lopus. |
| | 14. Renouatus. |
| | 15. Benedictus. |
| | 16. Talericus. |
| | 17. Anderamus. |
| 762. | 18. Rodopertus. |
| 818. | 19. Rodoaltus. |
| 834. | 20. Petrus I. |
| 844. | 21. Raetulus. |
| 848. | 22. Magnaldus. |
| 853. | 23. Teupus. |
| 867. | 24. Alo. |
| 872. | 25. Landemarius. |
| 909. | 26. Bernardus I. |
| 942. | 27. Rachenaldus. |
| 947. | 28. Petrus II. |
| 950. | 29. Petrus III. |
| 954. | 30. Bernardus II. |
| 958. | 31. Petrus IV. |
| 969. | 32. Ioannes Postremus. |

Cum Vrbs Archiepiscopali Sede clara dicatur Salernum, à Philippo Cluuerio : (a) ad eius splendorem: ac maiestatem augendam Metropolis titulum obtinuit, ex Benedicti VII. priuilegio, & ex bullâ Ioannis XV. anno 974. constat, ideoq; Archipræfules; qui illa potiti sunt, chronica serie enarrabimus.

- | | |
|------|---------------|
| 974. | 1. Amatus. |
| 980. | 2. Lauferius. |

L

Gri-

(a)
In Ital. ang.
tig.

Amatus vixit usque ad annum 992. ut ex informacione monasterii S. Georgii Salerni. p. 2

Bellandus dicitur 15. Junii: p. 2. p. 2022. apud Tortorh. Relat. ec. Campanum scribit an: 994. a Benedicto P. P. VII. Salernum obtinuisse titulum archiepiscopi: taliteru. dicto anno erat in solis Joanne XV. et illo Benedictus anno 974.

82 Histor. Epitome

An. à Christo nato.

- | | |
|-------|--|
| 985. | 3. Grimoaldus. |
| 1007. | 4. Michael. |
| 1016. | 5. Benedictus I. |
| 1019. | 6. Amatus II. |
| 1041. | 7. Amatus III. |
| 1047. | 8. Ioannes I. |
| 1057. | 9. Alphanus I. <i>See origine, lib. III. c. 7.</i> |
| 1085. | 10. Alphanus II. |
| 1121. | 11. Romualdus I. S. R. E. Cardinalis. |
| 1137. | 12. Guillelmus I. |
| 1157. | 13. Romualdus II. Guarna. |
| 1181. | 14. Nicolaus I. Ayello. <i>See Blazochini, 12.</i> |
| 1225. | 15. Cæsarius de Alagno. <i>See Bartholini, ecclesie interdict. Archiv. 12.</i> |
| 1263. | 16. Matthæus de Porta. <i>See... vicibus p. 262.</i> |
| 1273. | 17. Ioannes II. |
| 1281. | 18. Philippus. |
| 1297. | 19. Guillelmus II. de Godonio. |
| 1306. | 20. Guido de Collemedio. |
| 1306. | 21. Bernardus I. |
| 1310. | 22. Isaurus. |
| 1310. | 23. Robertus Arcufati. |
| 1312. | 24. Onuphrius. |
| 1319. | 25. Bertrandus I. de Turre Cambolicus S. R. E. Cardinalis. |
| 1321. | 26. Amaldus. |
| 1330. | 27. Vrſus Minutulus. |
| 1334. | 28. Benedictus Capuano. |
| 1347. | 29. Rogerius Sanseuerinus. |
| 1349. | 30. Bertrandus II. |
| 1364. | 31. Guillelmus III. Sanseuerinus. |

An.

*vide P. efficitu? Manu:
ne degrederetur del
R. & Map. in ea eligimus*

*An. MCII. in conservis:
hunc Ecclesias Canuji:
nue interpret. Archiv. 12.
S. G. C. pug. Salernitanus
Inventorum Relat. eccl.
Canuji. p. 170*

De Rebus Salernit. 83

An. à Christo nato.

- | | | |
|-------|---|--|
| 1378. | 32. Ioannes III. de Acquauiua. | |
| 1378. | 33. Guillelmus IV. de Capua S.R.E.
Cardinalis. | |
| 1394. | 34. Ligorius de Maiorinis. | |
| 1400. | 35. Bartholomæus de Aprano. | |
| 1415. | 36. Nicolaus II. Piscicellus. | |
| 1441. | 37. Barnabas Vrsinus. | |
| 1449. | 38. Nicolaus III. Piscicellus. | |
| 1471. | 39. Petrus Guillelmus de Rocca. | |
| 1472. | 40. Ioannes III. de Aragonia Regis Sixt. IV. contulit
Ferdinandi filius S. R. E. Car-
dinalis. <i>archiep. Salernit-</i>
<i>num Stephanus Riardo</i> | |
| 1486. | 41. Octavianus Bentivolus. | |
| 1500. | 42. Ioannes IV. de Vera S.R.E. Car-
dinalis. <i>Car. an. 1477. ut ex
Moresci Nest. vocari. si
vide Signorelli p. 103</i> | |
| 1507. | 43. Federicus Fregosius. <i>+</i> | |
| 1533. | 44. Nicolaus V. Rodolphus S. R. E. <i>+ 2.</i>
Cardinalis. | |
| 1548. | 45. Rodolphus Pius S. R. E. Cardi-
nalis Carpensis. | |
| 1548. | 46. Ludouicus Torres | |
| 1554. | 47. Hieronymus Seripandus S. R. E.
Cardinalis. <i>Sign.
p. 106.</i> | |
| 1564. | 48. Gaspar Ceruantes S. R. E. Car-
dinalis. | |
| 1568. | 49. Marcus Antonius I. Columna
S. R. E. Cardinalis. | |
| 1574. | 50. Marcus Antonius II. <i>Sicco. Lch. 11. 2. f. 170.</i> | |
| 1592. | 51. Marius Bologninus. <i>V. p. 104. t. 11. p. 105.</i> | |
| 1606. | 52. Ioannes Beltraminius de Gue-
uara. <i>L 2 An. + ar. viii. p. 106.</i> | |
- Varchi in cipio di Signor. da cui nel 1575. una di casa Longi nobilissima
aratione ha
fatta post
mortem Petri Card. Bembo.*

An. à Christo nato.

- De hoc videlicet Prenc. XIV. in opere de synodo lib: XIIII: VIII. n. V.*
- 1612. 53. Lucius Sanseuerinus S.R.E. Cardinalis.
 - 1625. 54. Gabriel Trescius S.R.E. Cardinalis.
 - 1630. 55. Iulius Sabellus S.R.E. Cardinalis.
 - 1642. 56. Fabritius Sabellus S.R.E. Cardinalis.
 - 1658. 57. Ioannes Torres.
 - 1664. 58. Gregorius Carafa.
 - 1676. 59. Alphonsus Aluarez Archipræfus dignissimus ad præsens præfet, cui Nestores precamur annos.

De Salernitanis Ciuibus ad dignitates promotis.

C A P. VIII.

 VAMQVAM Illustres, ac insignes nostros Cives cum summa eorum nominis, & famæ celebritate ad varias dignitates assumpros, nostrum sit in hoc capite enumerare: atqui ob temporum iniuriam, minimè cunctorum notitias haberi potuimus, propterea ab aliquibus dumtaxat, & ab illis primò, qui in Sanctitatis dignitate fuerunt adscripti exordium Chronicò ordine sumamus: deinde

De Rebus Salernit. 85

de ab alijs Sanctitatis fama, ac vita claris, licet nondum in Sanctorum albo ab Ecclesia relatis: demum ceteros in Ecclesiastica, Laicali, Militari, ac Feudali dignitate constitutos recensebimus.

An. à Christo nato.

1057. Alphanus inter Santos refertur à Vuione,
& ab alijs, ut in Chronica Cassinensi (a)
notis illustrata.

Lib. 3. cap.
35.

980. Sanctus Alpherius, alias Adelferius Pappacarbonus I. Abbas, & Sacri Cœnobij Sanctissimæ Trinitatis Cauensis fundator; Vir Sanctitate, miraculis insignis, ac clarus: sepultus in sacratissimo specu, quod de ipius cellula in Sancti Michaelis Archangeli Oratorium commutatum fuit, ubi requiescit, piaq; fidelium deuotione colitur: ex marmore legitur.

*Sanctus Alpherius
Salernitanus Patritius
Cauensis Cœnobij Abbas. I.*

*Victorisq; III. Pont. Magister inclytus
Primus in hoc Sacro pater est Alpherius Antro*

Sic reliquis vita, celsior, ut tumulo.

*hic tumulum incoluit viuens, ubi lumine Trino
admonitus, Triadi dedicat Ecclesiam.*

*Quid mirum exanimi vitam, si reddidit orans
qui validus semper vixerat in tumulo?*

*Feria V. in Cœna Domini
Cœlestis cœnæ coniuua
Conscius efficitur
etatis sua CXX. An. Christi M. L.*

S.

86 Histor. Epitome

An. à Christo nato.

S. Bonofius Episcopus Salernitanus.

S. Eusterius Episc. Salernit.

SS. Fortunatus, Caius, & Anthes Martyres

Salernitani testatur (a) Paulus Regius
Episcopus Viciequensis.

S. Gaudiosus Episc. Salernit.

1062. S. Petrus Episc. Anagninus Salerni geni-
tus: ac in Cœnobio S. Benedicti eiusdem
Vrbis educatus: Principes namque Sa-
lernitanos affines habuit (b) ex Vghello.

1070. S. Petrus Pappacarbonus Episcopus Poli-
castrensis, sub cuius effigie in Cauensi
Monasterij claustro legitur.

Sanctus Petrus Patritius Salernitanus no-
bilissimus, Sancti Alpherij Nepos, Cœnobij
Cauensis Abbas III. Episcopus Policastren-
sis, Trium millium Monachorum Pater:
Sanctissimi Urbani Pont. Max. Institutor,
& corporis Cœuae constructor, vita austeri-
tate, atq; miraculorum virtute conspicuus.

in Sacra vero Crypta prope Sanctum Alpherium,
vbi requiescit, in marmore epitaphium sic exara-
tum videtur.

Hac tegitur petra Petrus Abbas III.

Alpherij nepos, & haeres Sanctitatis

facta maioris vidit, & inuidit,

ille Cœnobium erexit,

iste euexit,

Primus legibus suos onerauit,

bis Dignitatibus honorauit

ille

(2)
Nella vita
di S. Mat-
theo Apost. et
Euang. al
cap. 153

(b)
In tom. I.
Ital. Sacr. de
Episc. Ana-
gninus.

+ Multa de S. Petri colligit
auctor Lectionum eius officii
ab Episc. Caputag. Tornisio editi
in officio S. S. pro eius processi
die xxx. M. Octobris.

De Rebus Salernit. 87

ille primus oneribus præfuit,
hic primus honoribus profuit.

Abbas namq; Mira cumulauit primus,
tria millia Nepotum Alpherio pro uno reddidit,
Homines adhuc innitos ferrea catena ad Cælū trahebat,
Miraris hoc?

Premiserat ad cœli ianuas Urbanum II. discipulum,
Floruit An. Domini M. C. XXII.

An. à Christo nato.

S. Valentinus Episc. Salernit.

S. Verus Episc. Salernit.

1222. Beatus Ioannes Guarna Ordinis Prædicatorum Diui Dominici socius, Conuentus Sanctæ Mariæ Nouellæ Florentiæ, ac aliorum locorum fundator, vt (a) notauit Ioannes Michael Pius.

(a)
Nel lib. 1.
della viti de-
gli huom. il-
lustr. di S.
Domenico.

1406. Beatus Massiminus à Salerno eiusdem ordinis, Diuæ Catharinæ Senensis Confessarius, ac familiaris : à Lombardello Beatus nuncupatur, vt (b) idem Ioannes Michael scripsit.

(b)
Loc. cit. 2.
part. lib. 2.

- Joseph Barabram Salernitanus Ciuis in suo libro *Orto di Noe*, in primo libro loquitur de dictioribus, in 2. de literis, in 3. de punctis lingue hebreica, & (a) Thomas Garzoni dixit: Per giudizio di molti nes-
funo h̄a scritto della Cabala più artificiosamente, più
chiaramente quanto detto Giuseppe.
- (2)
Nella Piaz-
za Uniuer-
sale Discors.
29.
- Isidorus Auersa Salernitanus Archidiaconus, il Men-
do Armonioso.
- Iulius Grillo, il Trionfo di Marco Antonio Colonna: En-
comij di Sisto V.
- Iulius Ruggius antiquitatis studiosissimus multa m.s.
composit.
- Laurentius Grillo de Sapore dulci, & amaro.
- Masuccius Guardatus, le Cinquanta Nouelle.
- Matthæus Franciscus Alphanus super predicabilia,
predicamenta, & perhiermenias m.s.
- Matthæus Hyeronimus Mazza Auctoris Patruus;
philosophus; physionomicus, electus discipulus
Ioannis Baptista de Porta, ac Iurisperitus multa
m.s. in dictis scientijs edidit, omniumq; antiqua-
rum rerum eruditus.
- Matthæus de Platamone de Puteolanis Balneis metri-
c m.s.
- Matthæi Iuatici, opus Pandectarum Medicinæ, obijt
1342. Ma-

De Rebus Salernit. 125

Maximus à Salerno Ordinis Prædicatorum scripsit
Vitam S. Catharinae Senensis.

Michael Roccus, Anticensuram in litterarium duellum
sub nomine Francisci Parthenij composuit.

Michael Scottus eximius Astrologus apud Frederi-
cum II. Astrologica m. s. edidit.

Michael Vicinantius de Pane sale miscendo ad Sistum
V. m. s.

Nicolaus Capograssus Reg. Conf. super Dig. vetus.

Nicolai Salernitani Antidotarium cum commento
Ioannis Platearij.

Pandolfus Arnone de viris illustribus.

Pauli Grisignani de Pulsibus, & in Aphorismos Hippo-
cratis expositio.

Petrus Aloysius Castellomata Episc. Ausculan. Amor
del prossimo dialogo, amor della patria dialogo.

Petrus Birliarius omnium scientiarum eruditissimus
multa in Necromantia scripsit.

Petrus Capograssus super Instituta.

Petrus Follerius de Censibus: Practica Criminalis: &
commentaria super Pragmaticas Regni.

Petri Gatula Grammatica, & Madrigali.

Pius Mazza Ordinis Prædicatorum S. T. M. Con-
cionator, Authoris germanus, prælo mandauit le
Vite di S. Ludouico Bertrando: di S. Rosæ, e del Beato
Pio V.

Pomponius Lætus Rheticus, ac Poeta eximius scri-
pit de Romanis Imperatoribus: i veri luoghi delle Ro-
mane ronine: librum Epigrammatum in Gigantum
ossa, que Puteolis visuntur: & Compendium Gram-
maticale; obiit 1484. Romæ: in Ecclesia S. Salua-
toris in Lauro cum hoc epitaphio est humatus.

Hic

126 Histor. Epitome

Hic iacet exigua Latus Pomponius Vrna
Cuius honos merito pulsat utrumq; polum,
Latus erat Romae Vates sublimis, & idem
Rhetor nunc Campis latior Elisijs.

Domitius Palladius .P.

Rogerij de Procida Chirurgia antiqua.

Romualdus II. Guarna Chronicam ab ipsis Mundi
primordijs ad sua vsq; tēpora longobardis chara-
cteribus inscripsit: in Vaticana Bibliotheca origi-
nalis m.s. adsetuatur: necnō Sermones super Humi-
liaſ, & Hymnos: vitas multorū Sanctorū: ac antiquum
Breuiarum secundum usum Salernitanæ Ecclesiae.

Sabbatus Robortellus scripsit Apologiam notabilis hi-
storiae motus Spasmonidis ex lumbricis.

Scholæ Salernitanæ Opusculum de conseruanda va-
letudine pro Anglicano Rege.

Scipio Thesaurerius de Peſte.

Sebastiani Maffæ commentaria cum paradoxis, & ar-
gumentis doctissimi viri Thomæ Simeontij in l. si quis,
is pro emptore de usucaptionibus, &c.

Thomas Agnelli Salernitanæ Decisiones Supremorum
Tribunalium Regni Neapolitani, ac Regy Collatera-
lis Consilij.

Thomas de Rogerijs, il Tempio delle rime: il meſto
pianto della Croce: li Strombati: Discorsi della Come-
ta: Norma Scolastica: l'Hinni del Santo Sacramento
dell' Altare.

Thomæ Simeontij Paradoxa, & argumenta in l. si is,
qui pro empt. de usucaption.

Tiberius del Pezzo Schola del diuino amore.

Torquatus Tassus à Lelio Peregrino in Romano Sa-
pientiæ Liceo Philosophiæ Interpretæ, in funebri
ora-

De Rebus Salernit. 127

oratione ob dicti Torquati obitum, Romæ coram
Eminentissimis Principibus, & Proceribus fuit Sa-
lernitanus appellatus, vt Toppius (a) refert: & si
à Manso Surrenti ortus ponitur, minimè fuit Tor-
quatus, sed Torquatinus; ideoq; possumus cum
Hieremia dicere: *Perdix fuit, quæ non parit; imò*
Salerni in antiquo Tassorum Palatio legitur in-
marmore.

(2)
Nella Bi-
bliot. Napo-
let,

*Si Solem adoramus orientem,
Venerare Amice adem.*

*Quæ Torquatum Tassum vitæ peperit,
Solem scilicet, sed inter musas,
Et quidem hoc in monte, & hunc ad fontem,
Ne Phæbo Parnassus deesset nascenti
At ut memoria obdureceret, hunc posuit lapidem
Mattheus Franciscus Naccarelli Comes Palatinus
Consepulcam pene domum vitæ reddidit:
Ne tagiti viri consenescerent incunabula.
Suo doctus Cycno, ac Fistulis Apollini famulari,
Indignum etiam ratus, eius esse sepultas cunas,
Qui Diuinum Sepulchrū immortalitati dicauerat.
composuit il Rinaldo: le due Gierusalemme; e varie
prose, erime.*

Vincentius de Petrone publicæ luci dedit litterariū
Duellum inter Salernitanos, & Neapolitanos Medicos:
orationem pro Sapientia in ingressu ad Pisanum Ly-
ceum: æ vermiculis quibusdam cucurbitini seminis
referentibus speciem in ceruorum, & aprorum hepate
inuentis, Consilium habitum coram Serenissimo He-
truria Duce.

Vincentij Braca non pauca iocosa extant m. s. quam-
plurimi alij describi possent, quos, ne sim proli-
xus, daffero.

Ne-

128 Histor. Epitome

Neque erudit, ac per celebres viri, qui Chirurgicam
facultatē locupletare studuerunt, defuere: ait nāq;
dictus Renatus Moreau (a) quatuor Magistrorum
in Chirurgia Salernitanorum opera audio afferuari
in Bibliotheca Ossonienſi, & Cantabrigiensi in Philo-
sophia maximi nominis.

(a)
Loc. cit.

Post eruditos tot homines, qui scribendo multum laboris, & operis consumperunt, superesse videntur foeminae: muliebre namque genus in huius Circuitatis Lyceo adhuc suarum laudum habet aperi- tissimum campum: eruditas enim multas habemus mulieres, quae nonnullis viris ad multa præstantiores, ipsisq; doctrina, vel vicerunt, vel æqua- runt: nam ad medicam facultatem mulieres, sicut & viros aptas esse scripsit (b) Plato, & Martialis (c) cecinit.

(b)
S. de Republ.
(c)

Lib I. *epi-*
gram. 72.

(d)
L. vlt. s. ne
autem C. de
conser. ma-
nu, & l. vlt.
C. condela.

(e)
In l. Connubial. nu. 30.
Et lib. de nobilit. cap. 31.
num. 352.

(f)
lib. 2 medic.
patroc. cap.
12.

(g)
Nella Bi-
bliot. Napol.
lit.

Protinus accedunt Medici, Medicæq;

& apud Iurum professores (d) adhuc habetur .
Floruere igitur in Patrio Studio docendo, ac in Ca-
thedralis disceptando Abella, Mercuriadis, Rebec-
ca, Trotta, quam alij Trotulam vocant, mitis sanè
encomijs celebrandæ, ut notauit (e) Tiraquellus,
ac Sentia Guarna, ut ait (f) Fortunatus Fidelis.

Prima metrico carmine typis dedit libros duos de
Atrabile, & de Natura seminis humani, ut scripsit
Toppius. (g) *Abella*

Secunda varios libros prælo mandauit, de Crisibus:
de febre pestilenti: de curatione vulnerum: & de un-
guentis. N^o 14. anno 84.

Tertia in lucem dedit vnicum volumen de Febribus:
de Vrinis, & de Embrione. Febrina

Quarta eulgauit in lucem libros de Feris : de Mulie-

De Rebus Salernit. 129

rum passionibus, ante, in, & postpartum, Venetijs denud impressos anno 1555. ac Argentinæ, vt idem Tiraquellus (a) testatur, quod à Naburgése, Mazzella, Henrico Alemano, Toppio, & ab alijs adhuc recensetur.

(a)
in tract. Me-
dic. nu. 337.

Laurea etiam Doctoralis Constantia Calenda filia, Saluatoris Prioris Salernitani, & Neapolitani Collegij fuit insignita, quæ nobilis, & erudita mulier cum Baldassarre de Sanctomango de Salerno nupta fuit, ex Registro Regiæ Siclæ (b) vt refert Toppius.

(b)
sub Ioāna II,
sign. 1423.
fol. 20. at.

Cuius antiquissimi Salernitani Studij primæui fundatores fuere Rabinus Elinus Hebræus, qui primus Salerni medicinam Hebræis de litera hebraica legit. Magister Pontus Græcus de litera græca Grecis. Adala Saracenus Saracenis de litera sacerenica. Magister Salernus Latinis medicinâ de litera latina legit: cum ob loci amœnitatem Salernū aduenissent, vt nonnulli referunt, & in antiqua Chronica Ciuitatis habetur: quamuis Carolo Magno imperante tria celeberrima instituta primùm fuere Collegia, vt asserit (c) Scipio Mazzella, Neapolitanus, dicens: E benche si famosissimo Studio antico sia, si legge nondimeno, che nell'anno di Christo 802. Carlo Magno l'instituisse, nel qual tempo due altri ne furono instituiti dal detto, l'uno in Parigi, e l'altro in Bologna.

(c)
Nella de-
scritt. della
Provincia
di Princip.
citr. fol. 72.

Illustrior extat Salernitani Studij antiquitas, cui unquam vetitum fuit, vt in qualibet scientia legi nō possit, imò honoribus, ac priuilegijs multis munificentissimè illud cumularunt, honorarijsq; legibus auxerunt Imperatores, ac Reges, præsertim circa-

130 Histor. Epitome

annum 1300. Rex Robertus, de Reformatione
Studij Neapolitani ampliauit etiam priuilegium
concessum Studio Medicinæ Ciuitatis Salerni, (a)
interdicens omnes scholas ybiliter infra Regnū,
expressè declarauit minimè Studia Ciuitatis Sa-
lerni comprehendit, tūm ob antiquatam consuetu-
dinem, & Regni constitutionem, tūm ob veterem
prædecessorum Regum traditionem: ita ut in Ca-
pitulo Grande fuit, iussit dicens: excepto Studio
Medicinae, quod inibi exerceri, consuetudo diuturna
testatur: hoc enim, & Iuriscripti sanctio admonet, &
ipsorum Regum traditio constitutionis inducit & que-
quaq; tenaciter obseruari.

Ioannes Antonius de Nigris super dictum Capitu-
lum inquit, hoc tamen fallit in Studio Medicinae Ci-
uitatis Salerni, quia ibi est antiquissimum Studium
in Medicina, & semper in eo floruit Studium in utraq;
Iure, & non est memoria in contrarium, ita quod ha-
bet vim constituti, & infra subdit: & in Ciuitate
Salerni similiter ex inuenientia consuetudine iura do-
centur, & florent in Medicina, & in Medicina pos-
sunt ibi doctorari: non autem doctorari possunt in Iu-
re Ciuiili, & Canonico.

Et si ab immemorabili tempore Iusciuile, ac Cano-
nicum à peritissimis viris assidue in publicis Stu-
dijs fuit explanatum, eius Alumni hīc doctora-
lem lauream adhuc in Iure accipere debebant:
quapropter Ciuitas apud perennem memoriam
Catholici Regis Philippi III. instetit, vt Legalis fa-
cultatis Collegium construeretur, à quo magnanimo
Principe fauorable obtinuit rescriptum (b)
Excellentissimo tunc temporis Proregi pro in-
for-

(2)
In Archivio
Reg. Sicil. an.
1342. lit. A.
fol. 64.

(b)
Ex Archiv.
Ciuit. Saler-
ni.

De Rebus Salernit. 131

formatione, at deinde instatum amplius non fuit.
Federicus II. Imperator circa annum 1200. Constitutionem fecit, ut refert (a) Ioannes Antonius Summonte cum sequenti titulo. *Vt nullus audeat practicare, nisi in Conuentu publicè Magistrorum de Salerno sit approbatu.*

Vilitati speciali prospicimus cum omni saluti fidelium prouidemus: attendentes igitur grane dispendium irrecuperabile damnum, quod posset contingere ex imperitia Medicorum: iubemus in posterum nullum Medicis titulum prætendentem, audere practicare aliter, vel mederi, nisi Salerni primitus, & Conuentu publico Magistrorum iudicio comprobatus, &c.

Idem Imperator in Constitutione, quæ incipit: *in terra qualibet iubet electuaria, syrapi, ac aliæ medicinae legaliter fiant, & vendantur Salerni, maximè per Magistros in Physica hac volumus approbari: præfensi etiam lege statuimus, ut nullus in Medicina, vel Chirurgia, nisi apud Salernum, aut Neapolim legat in Regno, nec Magistri nomen assumat, nisi examinatus in presentia Magistrorum eiusdem artis.*

A Regina Ioanna die 23. mensis Augusti anni 1365, hoc confirmatur dicente, quod Magistri medicinalis scientie Cinitatis Salerni habent ex priuilegio, & consuetudine, quod ipsi Medici, sive Physici eorundem Magistrorum testimonio, testimonialibus ipsorum Magistrorum literis comprobatis in scientia supradicta, absq; alia licentia possint practicari liberè in dicta scientia medicinali, vt (b) ex originali instrumen-
to.

Rex Ladislauus Doctores de Collegio, ac suos Alu-
nos immunes fecit ab omnibus datijs, tributis,

(a)
Nella part.
2. del lib. 2.
dell' Histor.
di Napol.

Moren; voce universa
12. Salerne parv' Em-
peror Federic II.

(b)
In Arch. al-
mi Colleg.

132 Histor. Epitome

ac gabellis in ampla forma, inquiens. Licet per antiqua priuilegia Diuorum predecessorum nostrorum Regum Siciliae, & antiquatam consuetudinem diutiis obseruatam: in cuius possessione fuerunt, & nunc persistunt omnes Physici Ciuitatis Salerni, sint, & debeant esse liberi, franchi, & immunes ab omnibus, & singulis solutionibus, &c. & intra, iuxta consuetudinem supradictam, ipsasq; immunitates, franchitias, libertates, & exemptiones, de quibus plenariè constat nobis, iuxta ipsorum priuilegiorum antiquorum seriem: in abundantioris cautelle saffragium, quæ prodesse, & non officere consuevit, tenore præsentium de certa scientia confirmamus, ratificamus, & approbamus, subdens, & ex eorum exquisita peritia causatur Medicorum copia, & nostris fidelibus multa sequuntur commoda: ut ex priuilegio membranaceo (a) latius apparet: datum in Castronono Neapoli die 5. Februario

1413.

Regina Ioanna II. die 8. mensis Augusti, anni 1430. Neapolitanum cum fundasset Collegium, tres Moderatores è Salernitano Collegio cooptauit, & in Priorem elegit Saluatorem Calendam Salernitani Collegij Priorem, & in illius Doctorum numero posuit Loysum Trentacapilli, ac Paulum Caputscrupha, omnes milites Medicos Salernitanos, cum sciret tres posse Collegium constitueri: à Ciuitate Neapolis dumtaxat Angelum Galeota elegit, aliosq; à varijs locis, forsan alumnos, ac in dicto Collegio graduatos, vt ex foundationis priuilegio registrato (b) à Regente Tappia, vbi inter cætera legitur. Item volumus, quod ad præsens sint de dicto Collegio infrascripti Doctori

(a)
In dicto Ar-
chiv.

(b)
In tom. I. ius
Regni fol.
411. sub tit.
offic. magni
Cancell.

De Rebus Salernit. 133

Etores Saluator Calenda de Salerno Miles liberalium artium, & Medicina bona mentis Doctor, Prior Collegiorum Medicinalis scientia, & artium liberalium Neapolitani, & Salernitani Collegy, Physicus noster: Loysius Trentacapilli de Salerno miles, & medicinae Doctor: Paulinus Caputscrupha de Salerno, & paulò suprà elegit, in dicto Prioratus officio supradictum Saluatorem, sua liquidem vita durante, cum potestate in sua absentia aliquem de dicto Collegio, quem elegerit subrogandum, ut etiam (a) notatur à Summonte.

Rex Ferdinandus I. die 26. Ianuarij 1477. ob exequutionem, & obseruantiam Capituli, eius iussu emanati circa Visitationem Medicorum Regni, desistere fecit Straticotū Ciuitatis Salerni, respectu Doctorum, & Doctoratorum in dictæ Ciuitatis Almo Collegio, cui præiudicium inferre minimè intendebat, ut ex infra scriptis verbis clarè patet: Mai fù nostra intentione, che per vigore dell' infra scritto Capitolo di detta nostra lettera, al detto Studio pregiudicasse, o derogasse: e questa nostra ordinatione, e volontà volemo sia decreto per voi, e per tutti, e qual siuoglia altro Officiale inniolabiliter, & ad unguem offerrato.

Meritò ob Studij antiquitatem, Collegij singularitatem, Medicorumq; eximiam doctrinam ab Angelico Doctore Diuo Thoma Aquināte, Salernitana Vrbs inter celebres Europæ enumerata fuit, dicente, (b) Quatuor sunt Vrbes cæteris præminentibus, Parisius in Scientijs, Salernum in Medicinis, Bononia in Legib⁹, Aurelianis in Actoribus.

Eximus Poeta Franciscus Petrarca in suo Itinerario

(a)
Nel lib. 4.
dell' Histor.
di Nap.

(b)
Opusc. 71. de
Virt. & Vir.
cap. vlt.

134 Histor. Epitome

rio anni 1330. Salernum Medicinae fontem appellat, ac Gymnasium nobilissimum, ubi feliciter litterarum omnium disciplina consistit.

(a)
Ne i discorsi
accademici
al problem.
43.

Franciscus de Petris adhuc (a) dixit. Gl'Asiani contendono, ch'il maggior ingegno del Mondo fosse quel di Galeno, la cui Chiosa supero il testo di Hippocrate; perche tacete voi dicono gl'Italiani la Scuola Salernitana fonte della Medicina da cui ricorsero i Dionisij, i Dary, gl'Alesandri, con tanti altri Prencipi dalle più remote parti del Mondo?

(b)
Nella de-
scritti d'Ital.
(c)
Nell' Opu-
scol.
(d)
Lib. 2. hist. or.

Academiam omnium scientiarum fuisse Salernum, ac generale Studium dixerunt Leander Alberlus, (b) & Thomas Costus, (c) necnon Raphael Volateranus (d) Salernum, inquit, primaria Vrbs Metropolis, artium, & disciplinarum alumna, & mater.

Celebris Laureatus Poeta, ac Orator eloquentissimus Ioannes Iouianus Pontanus de hac Academia loquens (e) ait: Academia Salernitana, quae diu floruit Aegidi Eremita, rerum naturalium, eiusq; disciplinae, ita quidem tutata est partes, ut latine quoq; orationis curam minimè abieciisse videatur, multiq; ex ea Schola Medica res satis etiam ornatae litterarum tradiderint monumentis, tum prosa oratione, tum carmine: appareatq; magis illis bona defuisse tempora; quam ipsos defuisse temporibus, ita quidem cognitioni rerum incubuere, ut Philosophia illuc initio nata paretur, atq; apud eiusdem gentis homines educata, & culta.

Beniamin Tudulensis Hebraeus anno 933. in suo Itinerario ex hebraico in latinum à Benedicto Ariamontano translato, ait, unius diei itinere Salernum

De Rebus Salernit. 135

num deuenctus sum Vrbem Medicorum Scholis illu-
strem: etiam illustrem Salernitanam Academiam
esse scriptit (a) Abb. Vghellus.

Marcus Antonius Sabellicus Salernum Vrbem Me-
dicinæ Studijs multa fama celebrem esse (b) in-
quit. Abbas Angelus de Nuce (c) celebrem , ait ,
exitisse Scholam Salernitanam , quæ Anglorum Re-
gi valetudinis leges prescrispsit.

Marcus Antonius Marsilius Columna Salernitanus
Archipræsul de Salernitana Vrbe loquens (d) in-
quit, *Gymnasium habes post hominum memoriam sa-*
tis præclarum , ubi clarissimi omnium semper disci-
plinarum Interpretæ celebres floruerunt, quos, ut au-
diat cupida disciplinarum iuuentus, undiq; confluit:
dictæq; Scholæ nomen esse celeberrimum, idem,
Antistes (e) scripsit.

Beatus Guilelmus Abb.de S.Theodor.in Vita S.Ber-
nardi (f) inquit: *In Vrbe Salernitana notissimis*
succumbentibus Medicis, quorum ibi præcipue ars vi-
get, & Studium : viro cuidam Nobili auxilio despe-
rato Virum Sanctum in curationibus efficacem Sa-
lernum aduenisse: dedit aquam de lauacro manuum
eius, bibit, & conualuit: sic etiam legitur (g) apud
Surium.

Esse namq; Salernum Ciuitatem Medicinæ utiq; artis
diu famosam, & præcipuam, habetur in Chronica
Romualdi II. dictæ Vrbis Archiepiscopi: Præsul
enim hic fuit artis peritissimus , salutaria multa
Medicinæ consilia Guillelmo Regi tribuit, vt in-
dicto Chronicon appetat: & similiter (h) Alpha-
nus Antistes Medicinæ scientiam non paruam
habebat.

Phi-

(a)
Tom 7. Ital.
Sacr. de Epi-
sc. & Archie-
pis. Salernit.
(b)
Orat. 6.
(c)
In Chronic.
Cassin. not.
illustriat.lib.
3. cap. 7.

(d)
Infecti. i. hy-
droglog.
(e)
Lib. de Vit.
& gest. B.
Matth. Apo-
stol et Eu. & g.
cap. 8.
(f)
Lib. 2. cap. 7.

(g)
In Vit. S.
Bernard.

(h)
Lib. 3. Cbro-
nic. Cassin. f.
cap. 7.

136 Histor. Epitome

(a)
Lib. 1. quæst.
forcinar.

Philaletes Polycopiensis (a) multa de Italæ locis exarauit: Amant, refert, Florætini philosophiæ partem, quam principes rerum causæ traduntur, pluri faciunt Calabri græcas literas, Neapolitani Etruscas, Lucenses diuinæ, Veronenses politiores, Vicentini philosophiam moralem, Bononienses methamaticas artes, Veneti rem musicā, Ferrarienses, Patauini, Salernitani medicinam, Senenses dialecticorum argutias, Perusini Ius Pontificiū, Mantuani Hebræorum litteras, & Papienses Sophistarum nugas. Multa alia de Italorum mercatura, bello, & bellicis instrumentis scripsit, ut ingeniosissimus, ac eruditus Episcopus Petinensis Antonius Zara (b) refert.

(b)
Sect. i. mem-
bri X.

(c)
Resolut. me-
dic. part. 4.
disput. 2. apo-
logetic. reso-
lut. 1.

Subtilissimus Archiater Magni Philippi IV. Gaspar Brauo (c) enumerans singulas Academias, ait. In Italia sunt Romana, Bononiensis, Ferrariensis, Florentina, Mediolanensis, Ticiensis, Patauina, Perusina, Pisana, Salernitana, Senensis, Veneta, Bergomensis.

Abbas Ioachim Hippocraticam Ciuitatem Salernū appellat, & Hippocraticum Collegium iure nuncupati meretur, eius namq; Medici, extincto græco, ac latinæ linguæ niture, Salernitana Schola Hippocratis aphorismos ex Arabica in latinam linguam translatos cognoscere cepit, sic (d) scripsit Ioannes Manelphus Erotianus Sabinus Medicus Romanus: & ad præsens circumcircè Salernitani Collegij Sigillum adhuc legitur CIVITAS HIPPOCRATICA.

(d)
In Discpt.
de Ellebor.

Quapropter decoratum honoribus, sublimatum dignitate, ac magnæ existimationis semper dictum Hippocraticum Collegium apud cunctos Salerniti-

De Rebus Salernit. 137

tanæ Vrbis Nobiles fuit: splendorem namq; littarum, præsertim medicinæ sanguinis natalibus addere non sunt dignati, vt ex multis cedulis in Archiuio Almi Collegij sistentibus constat: decem vero Doctores, qui Collegium constituunt, vel omnes, vel maior pars Nobiles notabantur, & (a) apud varios Reges nobilissimi Milites, ac Equites Salernitani Medici fuere, vt diximus, & Marra Dux Guardiæ (b) ait: *Che vi fu Matteo Scillati ecclœtissimo nella Medicina, professione in quel tempo particolarmente tra i Nobili Salernitani tenuta in preggio: ideo mille laudum insignia nostrum Collegium decorandū conspicitur.*

(a)
Ex Regio
Archiu.

(b)
Nelli Di-
scors. della
famig. Scil-
lati.

Nil mirum, si illustriores Viri studiosi, vndiq; Salernum confluebant ex gente præsertim Hebræa: nam D. Constantinus Afer medicinæ artis illustrator, omniumq; scientiarum, ac linguarum genere præditus, postquam in Africam, Indiam, variaq; mundi partes profectus est, Salernum tandem venit, vbi stetit, & medicinæ rudimenta circa annum M. X. habuit: deinde sua Medica opera Abb. Desiderio, qui fuit Victor III. dicauit, & Monachus Cassinensis factus est, scribit (c) Vuion. Sic etiam Albertus Bologninus S. R. E. Cardinalis clarum in Studij genere tam Bononiæ, quam Salerni nomen suum summa cum laude illustrauit, vt etiam Paulus Aretius S.R.E. Cardinalis Salerni Iuris scientiam didicit, vt Ciacconius (d) refert: necnon Emin. Io: Baptista de Luca S.R.E. Cardinalis in eodem Lyceo legali scientiæ egregie vacauit, illiusq; Studij anno 1623. Rector fuit: hodiè verò ad maximum laudis, & claræ famæ præconium, vberitim remotissimæ quoq; gentes à varijs Europæ locis ad dictum Hippocraticum Collegium ob-

(c)
In lign. vit.
cap. 98. fol.
819.

(d)
In Vit. Pon-
tif. & S.R.E:
Cardinal.

138 Histor. Epitome

(²)
Nell' Opus-
scol.

storalem lauream sumendam confluunt: sua namq; authoritas, ac potestas vbiq; locorum, ut notauit (^a) Thomas Costo se extendit, & cum Imperialis sit, per totum terrarum Orbem dilatatur.

De ista Illustrissima Ciuitate loquēs Regens Tappia (^b) ait, Salernitana Ciuitas celeberrima existimat, cum sit decorata tam legalis disciplina, quam Philosophia, ac Medicina Studio, & Philosophorum, ac Medicorum celeberrimo Collegio, cuius Prior Regia facultate Philosophia, & Medicina Doctoratus insignia confert.

Quamquam strictim antiqui Scriptores de hac celebri Vrbe, antiquissimo Studio, ac Collegio egissent, vt apud Liuium, Plinium, Ptolomeum, Strabonem, & alios legi potest: attamen inter Recentiores dictus Spectabilis Regens eis sequenti elo-
gio (^c) coronam imponit, non pauca dilucidando, inquiens: Ciuitas Salerni est una ex insignibus Ciuitatibus Regni, est multis nominibus decorata, propter situm, qui est amēnissimus, propter aerem, qui est saluberrimus, propter mare, quod aperit viam contractationi, ob ingenia incolarum, ob Reliquias B. Apostoli, & Evangelista Matthai, qua ibi in Ecclesia maiori venerantur, propter Studium, & Collegium Doctorum Philosophiae, & Medicinae, & propter humanitatem, atq; optimos Ciuium mores, &c. Quod adhuc à Michaele Zappulo, (^d) & à Leandro Alberti (^e) confirmatur.

Afflictus de hoc Collegio loquens (^f) Magnam, dixit, Medici Salernitani occupauerunt sibi famam, maximamq; gloriam transmisserunt posteris, multa scribendo, opusq; illud de Conseruanda Valetudine Roberto Duci Normandia, & Regni Anglicani heredi dicando, à summo illo Medico, ac Theologo Arnaldo de

Vil-

(^b)
In Iur. Re-
gn. de offic.
Not. & In-
dic. sub iis.
de offic. Ma-
gn. Cancell.

(^c)
De Iur. Re-
gn tom. 7. tit.
2. de Annon.
Ciuit. Neap.
& Salernit.
Pragm. 10.

(^d)
Nel Cōpend.
dell' Histor.
di Napol. fol.
267.

(^e)
Nella de-
script. d'Ita-
lia.

(^f)
In Constit. in
terr. qualib.
& in Const.
quisquis in
rubr de pro-
babil. exper.
medicor.

De Rebus Salernit. 139

Villanova commentato : qui erat Medicus Caroli II.
Magister Ostiarius, & Capitaneus M. C; floruitq; (a)
ex Samsonino, anno M. CCC; cum suis Commenta-
rijs, Viindex, ac illius Scholæ illustrator fuit.

Cuii vtrà Arnaldi Commentaria, nō paucas Enar-
rationes addidere Iacobus Curio, & Iacobus Cre-
lius Ephordiani Medici, sicut Constanzonus, ac
etiam Renatus Moreau Animaduersiones dictæ Scho-
læ in publico Parisiensi Studio exaratas Zaccaria,
Sylvius, innumeriq; alij addiderunt.

Tempus, quo fuit Codex hic vulgatus circa an-
num M. LX. varijs typis, in Italia, Romæ, Florentiæ,
Venetijs: in Germania, Francofurti, Basileæ: in Gal-
lia, Parisijs, Lugduni, Monspessuli, Lutetiae Parisio-
rum, Geneuæ, Roterodami, Amstradam, alijsq; locis.

Tandem doctissimus Physiater, Neapolitanæ Ec-
clesiæ Canonicus Franciscus Lombardus in fine Sa-
lernitanæ Scholæ cecinit.

Hæc sunt, quæ scripsit Regi Schola docta Salerni
Dogmata, quæ totum lustrant per secula Mundum,
Testantur studia antiqui, ut per magna Salerni.

Almum Collegium tantum ex decem Doctori-
bus noni vtrà componitur: uno illorum præmortuo,
alius in gradu antiquior succedit: Prior autem est
ille, qui antiquior est, ac in Collegio antiquiore
mortuo, in Prioratus officio vsq; ad finem vitæ per-
manet: in priuilegijs titulo Prioris dumtaxat nomen,
& cognomen inscribitur, cum eiusdem Almi Col-
legij pendente sigillo, in quo gloriofissimi Patroni
Apostoli, & Evangelistæ Matthei cernitur effigies,
(quæ adhuc est Ciuitatis stemma) super septem-
fascias rubrei, ac albi coloris sedentis.

S 2

Qui

(2)
Nella Chro-
nolog. del
Mond.

Medicina Salernitana
id est conservanda, be-
ne valetudinis praes-
cepta cum luculentia
et cura in Araldo
Villanova in singula
capita Exegi, per John
enem Curiorum revo-
rata et expurgata

140 Histor. Epitome

Quis Doctoratus laureola insigniendus est, per fidem, ac testes, legitima natalia, probare tenetur, ætatem non minorem vigesimi primi anni, publici Studij in Medicina septennium iuxta Regias sanctiones: acti perpenditur examine: publicè explanare teneuntur puncta medicinalia, aut in lib. Tegni Gal. vel p.æ seu primi Auic. vel in lib. aphorism. In artibus autem in lib. physic. aut in lib. poster. analitic. (a) multisq; iuramentis adstringitur (antequam Doctoratus Insignia à Priore, vel ab alio, qui Priori placuerit, ei conferantur,) (b) & sunt, ne Almo Collegio contradicat, falsa, ac mendacia non doceat, à pauperibus nec oblatam mercedem recipiat, suis languentibus Poenitentiæ Sacramentum mandet, cū Aromatarijs nullam inhonestam habeat sortem, Vterogerentibus abortuum ne exhibeat pharmacum, nec humanis corporibus venenosum medicamentum. Insignia postmodum ei tribuuntur, liber nempè clausus, mox apertus, authoritas ei conceditur, ut vbique locorum, ac per vniuersum terrarum Orbem Philosophi, & Medici munus possit exercere, anulari digito aureus anulus imponitur, caput laurea coronatur Corona, osculoq; amplectitur, ac demum Paterna Benedictione Doctoratus dimittitur.

Septennium igitur cū matriculis sui laureandi probare nō tenentur, sicut doctorandi in Almo Neapolitano Collegio, vigore Regiarum Pragmaticarum: nam səpē ab Ill.º Abellinatum Principe Magno Regni Cancellario, & ab Almo Neapolitano Medicorum Collegio coram Regio Collaterali Consilio fuit instatum contra dictum antiquissimum Salernitanum Collegium, quod ad sui beneficium plures ob-

(a)
Ex capitul.
Alm. Colleg.
(b)
Ex dictis
Capitul.

De Rebus Salernit. 141

obtinuit sententias, tūm ab Ill.^e Marchione Campi Regente Henriquez, tūm à Spectabili Regente Zufia, & dleum à Spectabili Regente Ulloa causæ Cōmissariio, nunc S. R. C. dignissimo Præside: à quibus fuit de cīsum, Almum Salernitanum Collegium non compræhendi in vltima Pragmatica emanata (a) die 7. Junij 1652. quamquam plurimas in contrarium attulisset rationes eruditissimus Franciscus de Petris Iurisconsultus Neapolitanus, qui Salernitani Collegij glorias minimè negans, ait, (b) *Salernitani Collegij pernicietum splendorem non negamus, de quo latius in nostra historia, &c.*

(a)
Sub rit. de
scholar. de-
ctorand.

(b)
Consil. 4.nu-
6.

(c)
Tom. 3. di-
scept. forens.
cap 42.
(d)
Loc. cit. nu-
86.

Celeberrimus Salernitani Collegij Patronus, de-
indē meritissimus Consiliarius Franciscus Maria-
Prato affert (c) Iurium allegationes typis datas, non
parum ab V. I. D. Fabritio Pinto tunc Aduocato, &
Cōsultore elaboratas, vt refert, (d) idem Regius Con-
siliarius Prato, dicens: *Ibi, & quod multos habet inco-
las politioris literaturæ Magistros, ac Oratores eximios,
qui calamum arripere queant: inter quos agnosco peri-
tissimum, ac eruditione præstantissimum Consultum Do-
minum Fabritium Pinto amicum meum, multis mihi
collaudandum nominibus, cui in ijs, in quibus ego defeci
supplere datum est, quaq; modo exarauimus ad victoriam
Collegio aucupandam. Et tandem per Regium Col-
laterale Consilium infrascriptum decretum fuit la-
tum.*

Die 30. mensis Junij 1661. Neap.

Factade predictis relatione S.E. in Regio Collateralis
Consilio per Spectabilem Regentem D. Felicem Ulloa
Regium Collateratis Consiliarium, & Causæ Commissa-
rium. Visis videndis, consideratis considerandis, &c. Pro-

142 Histor. Epitome

uidet, decernit, atq; mandat, quod infra quatuor dies audiatur partes, & interim suspensi decreto per Regium Collaterale Consilium sub die 7. mensis Iunij 1652. manuteneatur predictum Almum Collegium Medicorum Ciuitatis Salerni in possessione graduandi Scholares Medicine in Collegio predicto, seruata forma decretorum desuper interpositorum per quondam Ill.^{em} Regentem D. Ioannem Henriquez sub diebus 30. mensis Nouembris 1624. & 25. mensis Aprilis 1630. Decreti interpositi per dictum Regium Collaterale Consilium sub die 1. Septembris 1636. & decreti interpositi per Ill.^{em} Regentem Didacum Bernardum Zufia sub die 23. mensis May 1637. hoc suum, &c. Galeota Reg., Muscettula Reg., Ulloa Reg., Nauarra Reg., Ciuella. Sic constat ex processu originali, & ex Archiuio Almi Collegij.

A qua sententia cum reclamatum fuisset, partes in integrum restitutionem petentes, prosequuta instantia minimè tuit, imò dicti Collegij Consultor Pintus satis doctas Iurium allegationes typis dedit, à petita restitutione in integrum Almum Neapolitanum Collegium excludens, multasq; prerogatiwas, quæ vndiq; celeberrimum Salernitanum Collegium ostendunt, in illis compendiauit.

Medici verò in Salernitano Collegio graduati, absque alio examine vbìq; mederi possunt: statuit Imper. Federicus (a) imò priùs Medici approbati, ac in quacumq; Academia doctoratus gradus insigniti, ei medicam facultatem exercere permisum non erat, ni à dicto Salernitano Collegio approbati fuissent iuxta allegatam Constitutionem dicti Imperatoris, quæ incipit, *Vtilitati speciali: iure cunctos alias Salernitani Medici antecellunt* (b) tamquam primi

ab

(a)
Constit. Vti-
lit. ubi Af-
fili. num. 3.

(b)
Ex Constit.
in terr. qua-
lib.

De Rebus Salernit. 143

(e)
Supr. dictam
Confit. n. 1.

ab eodem Imperatore Federico vocati, ratio habetur (a) apud Afflictum dicentem: *Medici Salernitani occupauerunt sibi magnam famam, nam ipsi multa scripserunt in Medicinis in diuersis partibus Mundi, ut patet in libro de Regimine Sanitatis per Medicos Salernitanos ad Regem Angliae, & non sic scripserunt Medici Neapolitani, &c.*

Ab eodem Salernitano Collegio medicandi licentiæ adhuc per vniuersum terrarum Orbem conceduntur: imò habitis controversijs, manuteneri in dicta possessione per Regium Consiliarium Theodoro cum dissinituo decreto S. R. C. sub die 24. mensis Decembris 1572. In Banca de Felice, fuit decisum: necnon per Regium Consiliarium Regiæ Cameræ Præsidentem de Vera sub die 28. Iulij 1604. fuit similiter dictum, quod Collegium manuteneatur in possessione concedendi licentias medicandi.

Demū per III. em Ducē Diani, olim Regiæ Cameræ Præsidentem, nunc meritissimum Regiæ Cancelarii Regentem fuit dictum.

Die 15. mensis Martij 1668. Neapoli. In causa inter Almum Collegium Medicorum Ciuitatis Salerni cum Regio Prothomedico Ciuitatis Neapolis, & Magnifico Arrendatore dicti Prothomedicatus super visitatione facienda in aromatarijs dicta Ciuitatis Salerni, & Casalium, &c. Factaq; de prædictis relatione in Regia Camera Summaria per Ill. Dominum militem V.l.D. Don Carolum Calà Ducem Diani, & dictæ Regiæ Camerae Præsidentem, ac Commissarium coram Spectabili Domino Locumtenente, alijsq; Dominis Præsidentibus ipsius, ac auditio Domino Füssi Patrone, fuit per Cameram ipsam consensum, & decretum, prout præsenti decreto decernitur,

atq;

I 44 Histor. Epitome

atq; prouidetur esse deferendum restitutio*n*i in integrum
petita pro parte Almi Collegij Ciuitatis Salerni, fol. 22.
vol. 2. & proinde pro exequitione decretorum S. R. C.,
& Regie Camere fol. 22. 23; & 39. manuteneatur Col-
legium prædictum in possessione concedendi licentias me-
dicandi, & visitandi aromatarias in dicta Ciuitate, &
Territorio ipsius. Hoc suū, &c. Calà Regens, Vedit Fiscus.
Conf. Bolin. vi clarè (a) constat.

(2)
Ex trib. Vo-
lum. process.
origin. Reg.
Cam. & in
2. volum. fol.
132.

Super cūctas igitur aromatarias, etiā manuales Ci-
uitatis, & in nundinis ipsius dictum Almum Colle-
gium iurisdictionem exercet, illasq; omnes adhuc in
Casalibus, & Territorio existentes visitat, sicq; ab
immemorabili vītatum.

Prioralis Curia cum Consultore, Secretario, pri-
mo, & secundo Actorum Magistris, ac Bidellis iuris-
dictionem exercet: procedit namq; semper, ac soli-
ta est in Alumnorum, Aromatariorum, & similiū
causis procedere, sic accidit inter Cesarem Troysiū,
& Augustinum Pisanum Aromatarios, vt (b) patet.

(b)
In 3. volum.
proces. Alm.
Colleg. &
Reg. Protho-
med.

Cui Priorali Curiae assiduè à varijs Tribunalibus,
præsertim sepè à S.R.C. Alumnorum, & adhuc in
causa Aromatariorum manualium Ciuitatis Salerni
ex vna, & Almum Collegium fuit interpositum in-
frascriptum decretum.

Die 13. mensis Septembris 1618. Neap. Per Ill. Mar-
chionem Tauriani Iacobum de Franchis Regium Consi-
liarium, & causæ Commissarium, &c. Visis actis fait pro-
uisum, quod supradicta causa remittatur ad Almum Col-
legium Salernitanum, quod de iustitia prouideat, &c. de
Franchis.

In Collegialum, aut de eorum familia causis Re-
gia Audientia Provincialis, ac Curia Straticotalis
in-

De Rebus Salernit. 145

intromittere, ac procedere minimè possunt, sed S.R.C.sic (præcedente priùs rescripto S.E.porrecto) dictum, per integrerimum, ac eruditissimum Dominiū Don Carolum Preta Regium Consiliarium, ac causæ Commissarium, ut legitur (a) apud Actuarium Faluum.

(1)
Ex proceſſo
S.R.C.

Prior verò quolibet tempore; omniq; die etiam festiuo, & solemini lauream doctoralem præbet, vt ex decreto Sacrae Congregationis Rituum sub die 17. Iunij 1679.

Omnipotens loco ad sui libitum, etiam in Ecclesijs dicta Sacra Rituum Congregatio declarauit, dicens: *Non esse contrarium Ritui Ecclesiastico, immo laudabilem antiquum usum dandi in Ecclesia lauream doctoralem, sub die 20. Iulij 1669.*

Nec omittendum, quod Doctores dicti Almi Collegij die 5. mensis Decembris 13. Ind.an. 1554. considerantes ob bonum regimen aliqua eius statutum fuisse, vel diminuta, aut omissa; collegialiter congregati Antonellus Rogerius Prior, Ioannes Hieronymus de Palearia, Adrianus Orofinus, Gabriel Grisignanus, & Franciscus Alphanus Doctores, de consilio Magnificorum I.V. DD. Domini Petri Follerij, & Domini Matthæi de Granita Aduocatorum dicti Collegij: Deum præ oculis habentium, & non solum corporis, sed animarum saluti etiam solliciti, multa statuerunt, & inquiunt.

In primis, quia in curandis quibusvis morbis, id præcipue difficultatis, ut eorundem cause cognoscantur: id circò cum per Sacros Canones doceamus, infirmitatum, & aduersitatum omnium, qua nobis in hoc saeculo euenient, præcipuam causam fore inimicitiam, quam propter peccata,

146 Histor. Epitome

cata, cum Deo in dies contrahimus; idcirco etiam conducere videtur, ut ante hominum terrenorum curationes in corpus, animę praecedat curatio: quare Sacros Canones imitantes, statutus, & expressè præcipimus, ut nemo deinceps Physicorum, aut Chirurgorum post primam visitationem infirmorum audeat, seu presumat eosdem visitare, nisi prius fuerint confessi, & contriti, & Sacram Eucaristiam receperint sub pœna vniuersalium quatuor pro qualibet vice: aliaq; sequuntur statuta.

Salernitanum igitur Collegiū antevenerit id, quod Sanctissimus Pontifex B. Pius V. post annos duodecim pro animarum salute inuigilans, statuere debebat, ut à Medicis moneantur ægroti, quod sua confiteantur peccata, sic statuit anno 1566. die 8. Martij, cum bulla, quæ incipit: *Supra Gregem Dominicum*: in qua habetur, quod omnes Medici ad infirmos cum fuerint vocati, ipsos ante omnia moneant, ut eorum peccata confiteantur, &c.

Rector Studij deferendus nō est, cum in graduando adhuc in Collegio sedeat: olim non paucam tenebat iurisdictionem, maximis tamen honoribus, ac præminentibus gaudet: quolibet enim anno alternatim, aut Medicus, aut Iurisperitus die glorioissimi Prothomartyris Stephani eligitur; conuocatis prævia cedula, à Spectabili Priore signata Ill.^{is} Decurioribus, Promotore, ac Doctoribus Almi Collegij, vt Fusius (a) legitur in Capitulis de officio Rectoratus per dictum Almum Collegium, & Ill.^{am} Ciuitatem statutis.

(2)
Ex archiv.
Alm. Colleg.

At si magnoperè eelebratæ, ac conspicuæ vndiq; Studij Salernitani, eiusq; Hippocratici Collegij laudes resonant: prætereundum siquidem non est, id, quod

De Rebus Salernit. 147

quod peritissimus Renatus Moreau exarando Anima-duersiones in publico Parisiensi studio ad Scholam Salernitanam, ait: *Inter tot Collegij Salernitani laudes unum subiungo vitium, quod erit veluti nevus in formoso vultu: cum attestatione Iulij Cæsaris Capacijs, (a) ac Francisci Petrarca, (b) qui narrant quod tres famosissimi Salernitani Medici miraculosè nauis submersi fuere, dum è Ciuitate Salerni Puteolos transferauerunt, ibiq; inscriptiones, in quibus Balnearum virtutes erant inscriptæ deleuerunt.*

(a)
Lib. de Balneis
Puteol. (b)
Lib. 5. Epist.

Addidit etiam Scipio Mazzella, (c) ch'erano ne i tempi antichi in tutti quelli Bagni le figure degli huomini intagliate in marmo, che accennauano con le mani quelle membra, alle quali erano tali acque gioueuoli, e di sotto verano l'inscritioni à che usò seruinano.

(c)
Nel lib. dell'
antich. di
Pozzuol. nel
cap. 19.

Verum quamvis dictæ imagines ad loca passionū, seu membrorum manus tenentes, gratis asserantur, quia hæ mutilatæ effigies, & inscriptiones, forsitan à vetustate erant consumptæ, ut idem Mazzella de Frituli Balneo loquens asserit: aut si deletæ, quod subdubio ab omnibus ferè ponitur, recens cum fuisset memoria, denuò à Puteolanis ciuibus efformati poterant.

Quapropter ineptè prænarrata falsa, ac veritati non consona tueri minimè possunt: Balnearum enim usus, non ad publicum commodum erat, sed ob Imperatorum luxum, ac voluptatem præsertim Neronis, ac Caligulae: Primus namq; exilio multa uitauit Cinicinam Tuscum, qui lauisset in Balneo, quod sibi paratum fuerat: igitur non omnibus Balnea erant communia.

Multa adhuc nouant Terremotus, Aluuiones,
T 2 Con-

148 Histor. Epitome

Conflagrationes , cum ab incunie ævo Puteolana Regio assidue maximis terremotibus fuit agitata : anno namq; 1198. sub Frederico II. terremotu tota Regio concussa est . Sub Alphonso Aragoneo pridiè Kal. Augusti anni 1488. ædificiorum , ac multorum hominum internecio facta est : & sic Thermæ non paucas mutationes habuere, præsertim ob terremotum die 29. Septembbris 1538. tam terribilem, & per viginti dies loci adiacentes ita fuerunt afflitti, ut domus nulla superesset integra: nullum ædificiū, quod non certam, & proximam minaretur ruinam, ut Capacijs, (a) ac Simon Portius (b) notauere : nouus mons prodidit, qui vnius diei, noctisq; spatio congregatus fuit ad instar aliorum montium , & vulgè dicitur, Il nuomo Monte di Cenere, qui multa balnea detegit, recentes adhuc emergerunt fontes, ut scribit (c) Ioannes Tarcagnota, quorum Balneorum ruinis meminit Simon Portius, (d) dicens , Balnea illa tot saeculis celebrata, quaq; tot agris salutem praestabant, cinere, sepulta iacent: nam Puteolana Regio sulphureo bitumine plena , has natura sortita est conditiones, cum sit mari finitima , eiusq; terra velut spongia sit poris affluens , & cauernis, ideoq; frequenter, & assiduos passa fuit terremotus (e) Capacijs , Borgia , Petrus Iacobus à Toleto , ac Marcus Antonius Falconius confirmauere , vt Canonicus Lombardus (f) refert.

Præterea Barbarorum adhuc maximas Puteolani pertulere iniurias ex Liuio (g) Anibal cum Exercitu ad locum Auerni, per speciem sacrificandi, re ipsa, ut tentaret Puteolos, quiq; ibi præsidio erant descendis : peruerstato agro Cumano , usq; ad Miseni Promontorium, Puteolos repente agmen conuertit ad opprimendum prædiuum

(a)
Lib. 2. Neap.
Histor. cap.
24.

(b)
De Conf. a-
gr. agr. Pu-
teolan.

(c)
nel lib. 3. del
sito, e lodi di
Napol.

(d)
loc. cit.

(e)
loc. cit.

(f)
in Compend.
Balnear. ca.

23.
(g)
lib. 4.

De Rebus Salernit. 149

dium Romanorum, deinde ad populandum agrum Neapolitanum.

A Gothis publica, ac priuata ædificia Puteolana, anno 406. incensa fuere, Ciuitatem populati sunt, vastauerunt agros, & moenia funditus euerterunt, nihilq; fuit reliqui, quod vastitatem, squalloremq; non obsterderet ob Geneserici Regis Vandalorum ingressum, circa annum 456. vt (a) scripsit Capacius.

(a)
loc. cit.

Vlterius à Longobardis plurimas Puteolani perpessi sunt calamitates, anno enim 568. cuncta Saraceni devastant: Guibaldus ad Lotharium auxilium petens, hæc scripsit, vt legitur (b) in Chronica Casinensi. Saraceni, Normandi, & Longobardi Campiam irrupere, & incendio, ac cæde omnia miscuere: & sunt Ciuitates Puteolana, Alifana, &c. quæ nil aliud, nisi olim se fuisse demonstrant, nam postquam fortunas, & homines exhauserunt, incendium subiecerunt.

(b)
loc. cit.

Ioannes Tarcagnota adhuc refert, (c) quod in Ciuitate Neapolitana erant Balnea aquarum calidarum: & Strabo (d) dixit, habet etiam Neapolis Balnearum apparatus, vt narrat Franciscus de Pietri, (e) & ob temporum iniuriam non reperiuntur.

(c)
Lib. I. del fisco,
e loco dicitur
Napol.

(d)
Lib. 5.
(e)
Nel lib. I.
dell' Histor.
Napoli.

